This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 3697.10

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

BIBLIOTHECA APOSTOLICA

VATICANA

BIBLIOTHECA APOSTOLICA

VATICANA

CODICIBUS MANUSCRIPTIS RECENSITA

IUBENTE

LEONE XIII PONT. MAX.

EDITA

PONTIFICATUS ANNO VII

Rome - Vaticano

CODICES MANUSCRIPTI PALATINI GRAECI BIBLIOTHECAE VATICANAE

DESCRIPTI

PRAESIDE I. B. CARDINALI PITRA

EPISCOPO PORTUENSI

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

RECENSUIT ET DIGESSIT

HENRICUS STEVENSON SENIOR

EIUSDEM BIBLIOTHECAE SCRIPTOR

ROMAE
EX TYPOGRAPHEO VATICANO
MDCCCLXXXV

B3697.10

~~IV 3028~~

RECEIVED
JUL 9 1888

From
His Holiness Pope Leo XIII.,
through
The Most Rev. John J. Williams,
Archbishop of Boston.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PP. XIII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

Summorum Ecclesiae Romanae Antistitum, Beatissime Pater, inolevit ea perennis et munifica consuetudo, ut litterarum monumenta cum sacra tum profana, sub regio Sedis Apostolicae iure posita, in scientiae emolumentum et incrementum. publicae luci committerentur. Id profecto fert pontificium ingenium: id significavit palam, ad valvas Vaticanae Bibliothecae, conditor eiusdem Sixtus ille quintus, dum haec marmori iussit insculpi, novissimae posteritati commendanda:

« Sixtus V Pont. Max. Bibliothecam Apostolicam a sanctis-
« simis prioribus illis Pontificibus, qui beati Petri vocem audierunt,
« in ipsis adhuc surgentis Ecclesiae primordiis inchoatam, pace
« Ecclesiae reddita Laterani institutam, a posterioribus deinde in
« Vaticanum, ut ad usus pontificios paratior esset, translatam, ibique
« a Nicolao V auctam, a Sixto IV insigniter excultam... in hunc
« editum, perlucidum, salubrem, magisque opportunum locum

« extulit, picturis illustribus undique ornavit, liberalibusque doctri-
« nis et publicae studiorum utilitati dicavit. »

Vota ut solverentur ab augusto Pontifice concepta dicataque, statim ab initio, multaque cum diligentia et experientia, ac manu clarissimorum virorum descripta fuit immensa supellex in pluteis Vaticanis seposita; unde ea quae dicuntur εὑρητήρια, etiam nunc tantae molis et copiae nobis supersunt, ut singularem prope modum bibliothecam efficiant; quae sane nullibi locupletior occurrit, immo tantopere eminet, ut collatis Holstenii, Allatii, Alemanni, Assemanorum, aliorum studiis, raro quidem exemplo, graece graeci codices describantur, orientales vero orientali anecdotorum ornentur apparatu, ac sic porro de caeteris populorum linguis, quae per innumera volumina in hac turre Romana feliciter consociantur.

Verum haud satis erat ut facilis et obvius pateret accessus quibuscumque viris doctis Urbem adeuntibus; nec satis ut iisdem semel ingressis sine mora adesset quilibet liber ex tanta κειμηλίων congerie requisitus, sed etiam procul stantibus provisum est. Providere incoepit doctissimus inter Romanos Pontifices Benedictus XIV. Haud enim immemor, vel a remotis christianae antiquitatis temporibus, Urbem fuisse veluti emporium, ex quo merces ad alenda animorum studia in longinquas Occidentis et Orientis ecclesias deveherentur, conscius praeterea Vaticanum iure dici, ut vetus illud Aegyptiorum museum, τῆς ψυχῆς ἰατρεῖον, medicam animae officinam, « ad puram et incorruptam fidei doctrinaeque veritatem, perpetua successione in nos derivandam (Sixtus V), » iussit magnus Pontifex, ut codicum Vaticanorum descriptio publici iuris fieret, et per orbem spargeretur. « Tandem aliquando, ut cum Assemanis loquar, edendo operi praefectis, imperio atque auspiciis summi

sanctissimique Pontificis Benedicti XIV, in publicam lucem prodire incipit manuscriptorum codicum, qui in apostolica Vaticana Bibliotheca adservantur, integer accuratusque Catalogus. »

Verum haec nimium confidenter ambo Maronitas: Vix enim tres ingentes tomos e praelo ovantes excipiebant, quum ferale incendium exemplaria fere omnia ambussit, absumpsitque etiam reliquas scripturas, quotquot typis parabantur. Furentibus flammis paulo post successit et ingruit vehemens tempestas, sacris infesta studiis, quae Vaticanas aedes saevior excussit, dum totum orbem continuo turbine perflaret. Quid mirum, tamdiu fuisse interceptum opus ab Assemanis, opulenta favente pace, inchoatum?

Cladem utcumque resarcivit Angelus Maius, quem meminisse iuvat: sed uno tantum speculo codicum orientalium, quo doctorum desideria, nedum satientur, acuuntur potius, et acrius in diem urgent, ut quem augurabantur Assemani « Bibliothecae Vaticanae integrum absolutumque catalogum, » is tandem, si fas est, ex cineribus reviviscat.

Fas est, Te iubente, Beatissime Pater, Vix enim evectus, plaudente orbe catholico, ad fastigium Sedis Apostolicae, inter tot novi imperii rerum et negotiorum pondera, in Vaticanos libros animum convertisti et sollicitudinem. Statim discere Te placuit, iam ab octo annis, iussu s. m. Pii IX, ex collegio scriptorum Bibliothecae selectos fuisse viros strenuos, qui praeside Bibliothecario S. R. E. collatis in consilia et studia variis sub eo positis, totum opus dirigente cl. v. Ioanne Baptista de Rossi, incubuere in describendos singulatim et accurate ultimos codices Vaticanos; ac nedum infausta tempora, capta Urbe, occluso Pontifice, orbe trepidante, animos frangerent, calcaria potius addiderunt, ut nullis

diebus vel aestivis vacantibus, labor indefessus ferveret: donec quinque magnae molis volumina conderentur, quibus demum universa codicum Vaticanorum copia, haud sine provida et necessaria cautela, ob hostilem potestatem, in tuto et patulo collocaretur.

Quae quum didicisset expendissetque, alta et munifica Sapientia Tua statuit, iam opportere tanti laboris fructus non lateat neque amplius occultetur. Iubenti, ut par erat, obtemperatum: hinc simul latina, illinc graeca codicum Palatinorum descriptio typis Vaticanis tradita est. Atque procurante eodem Bibliothecario, eodem cooperante collegio, plagulas digessit, repurgavit, expolivit egregius vir Henricus Stevensonius senior, una cum filio Henrico, qui per totos tres annos nihil omisere, ut qui nunc prodeunt duo tomi priores neque sedis apostolicae dignitati, neque incredibili doctorum virorum expectationi impares essent.

Accedit utrique tomo necessarium et inclytum ornamentum: ac primum haud satis laudandus Romanus Archaeologus integros Bibliothecae apostolicae fastus ab initio et ex ordine recensuit, fata enarravit, quae nota erant illustravit, quae latuere hactenus, eaque non pauca, in luculentum diem, uti solet, proposuit.

Praeterea multae et elegantis doctrinae vir, Henricus Stevensonius senior, Bibliothecae Palatinae fortunam prosecutus, provinciam suscepit tenebris obsitam, aviam interdum, utpote hostium funestatam certaminibus; qua tamen sat feliciter functus est, ut eius disquisitio, amplissimis aucta indicibus, caeteris id genus exemplo sit, quas pro re data commodum erit adornare, quando singulas classes Vaticanas, quae Ottoboniana, Reginensis, Urbinas, Colonnensis, Capponiana audiunt, locus erit adducendi in medium et perlustrandi.

Fecit igitur Leonis XIII pontificatus quod frustra Magnus Benedictus XIV incepit: ac si faustis exordiis caetera succedunt, ea Tibi gloriose regnanti laus erit, quam caeteri Pontifices, quantumvis in Bibliothecam apostolicam munificentissimi, non superarunt.

Laus sane multa sit Nicolao V, qui « capta urbe Constantinopoli, non solum aere suo bibliothecae imperatoriae reliquias ab avaris direptoribus redemit, sed tota ab Europa quidquid bonas artes, bonasque litteras redoleret, Romam adferri, et in Vaticanam bibliothecam adservari sedulo sumptuoseque procuravit (Assemani) ».

Nec minor sit Sixti IV laus, qui pari studio ex universis terrarum partibus libros conquisivit, convocavit scriptores, interpretes accersivit, ac primus aulam Vaticanam, academiae instar Palatinae aut Alexandrinae, publicavit.

Neque taceantur Leo X et Clemens VII, qui dum fureret haeretica procella, quae tot veteres libros, ut data ventis ludibria, dissipavit, neque vel Urbi pepercit expugnatae, avita ultro erecti Mediceorum liberalitate, suas non solum opes politis artibus dicarunt, sed ipsummet purpuratum Collegium in tutelam et splendorem Vaticanae Bibliothecae cooptarunt.

Immortale sit Sixti V nomen, qui quum uno anno exegerit monumentum, quod vix alii in saeculo excogitassent, meruit ut viri et operis nomen indivulsum in uno propylaei marmore sic perennaret: Sixti V Bibliot. Vatic.

Memoretur Paulus V, qui parvi aestimans libros graecos latinosque, ipso superstite, in Vaticanam colligi, serius in aevum munificus, pinguis aerarii stipem augendae in perpetuum Bibliothecae addixit.

Ecquis vero has viderit tabulas Palatinas, quin salutare gestiat Urbanum VIII, qui nobiles Heidelbergae victoriae manubias, Gregorio XV haud sine pretio datas, recepit, opimisque spoliis custodiendis praefecit ex latere praesidem, hospitio Vaticano honestatum.

Aequo insuper plausu excipiatur uterque Alexander VII et VIII, quorum prior Vaticanis addidit Urbinates libros, arte et elegantia caeteris quibuscumque praestantiores; posterior, Ottobonianos et Reginenses duplicem in cumulum adduxit, quos etiam auxit Clemens XII, tum ex doctissimi Pii II domestica haereditate, tum innumeris Orientalium gazis, duplici Assemanorum itinere conquisitis, parato etiam tertio, quo confecto, Roma nunc potioribus Musei Britannici ,thesauris superbiret.

Verum enim vero, Optime Maxime Pontifex, dum quidquam maiorum gloriae detrahi nefas est, dicere ausim, nihil fieri potuisse in Bibliotheca Vaticana maius et auspicatius, quam eiusdem codicum descriptionem cum Urbe et Orbe communicare; nullum esse opus litteris fovendis et amplificandis aptius, nullum munus universae doctorum hominum societati gratum magis et magis acceptum.

Multa sane et praeclara sunt quae regnum Tuum posteris commendent: nova luce sublimiorem philosophiam infundi; historiam, vitae magistram, ampliori spatiari palaestra; excuti arcana veterum tabularum, quibus obscura tempora declarantur, restituitur sanctis Pontificibus neglectus honor, Sedis Apostolicae fama redintegratur; tum cuiuscumque generis litteras exemplo, incitamento, subsidio Tuo foveri; pergere interim navem Petri inter scopulos, perque fluctuum aestus, qui numquam tumidiores surrexere, facem vero ab arce apostolica altius coruscare, qua errorum caligo dissipatur, perstringitur schismatis umbra, malignae hostium fraudes

occultaeque insidiae deteguntur, Oriens expergefit, Occidens ab ingruenti nocte revocatur, totus collustratur orbis catholicus; Ecclesiam demum, quo magis quassatur, stare firmiorem, haud absimilem sacrae illi Basilicae Lateranensi, quae sicuti solet, historia teste, quoties ab iniqua impressione solum Romanum offenditur, toties a fundamento concuti, ita nuper fatiscens, sed robusto Leonis brachio erecta et stabilita, nunc sublimior ad sidera iamque splendidior exsurgit.

Magna sane haec Tua sunt, Summe Pontifex; non minora tamen Tuae sapientiae consilia, Tuae munera largitionis, quibus abdita Apostolicae Bibliothecae volumina, et reconditae Archivi Vaticani tabulae omnium studio et admirationi panduntur. Faxit Deus, ut crescentibus alacriter metentium turmis ad reportandos in horrea sacra manipulos segetis uberrimae, Tua detur in dextera longitudo dierum, et in sinistra divitiae et gloria, ut quod Te auspice incoeptum est, Te coronante perficiatur. Hoc erat in votis

Sanctissime Pater

supplici et humillimo filio Tuo
✠ Ioanni Baptistae Card. Pitra
Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae
Bibliothecario S. R. E.

PROLEGOMENA

PRAEFATIO

LEONIS XIII sapientissimi Pontificis auctoritate, qui nihil antiquius habet, quam ut ad Bibliothecae Vaticanae thesauros viris doctis facilior pateat aditus, eorumque commodis amplissime consulatur, auspiciisque Eminentissimi Principis Io. Bapt. Pitra S. R. E. Cardinalis Bibliothecarii, etsi et nos tanto oneri sumus impares, et opus ipsum arduum est et periculosae aleae plenum, codices tamen graecos bibliothecae Vaticanae recensere aggressi sumus, a nobilissima illa librorum supellectile inchoantes, quae Palatina nuncupatur.

§ 1. Quam bibliothecam, superstite etiam tum Iano Grutero, ultimo eiusdem custode [1], Gregorio XV P. M. et Apostolicae Sedi a Maximiliano I, Bavariae duce, anno 1623, muneris ergo missam fuisse [2], testantur, praeter

[1] De Grutero (Gruytère) cf. E. Stida, *J. Gr. manes.* Erford 1628; F. H. Flayder, *Vita Gr.*, Tubing. 1628, Lips. 1679; Balth. Venator, *Panegyricus J. Gr. dictus.* Lips. 1679; J. v. Hulst, *Jean Gruytère,* Liège 1847.

[2] « *Questa donazione non può dirsi meramente gratuita, ma piuttosto remuneratoria, e come una giusta ricompensa ai soccorsi apprestati* ». Sic Cardinalis Consalvi in rescripto ad Principem ab Hardenberg, qui, regis Borussorum nomine, Pium VII P. M. deprecatus erat, uti Heidelbergae integra redderetur bibliotheca

alia documenta, inscriptiones duae, quarum prior, interiori parti tegumenti complurium codicum adglutinata, huiusmodi est: " *Sum de bibliotheca, quam Heidelberga capta, spolium fecit, et P. M. Gregorio XV trophaeum misit Maximilianus, utriusque Bavariae dux* etc. *S. R. I. Archidapifer et Princeps Elector* „. Sequuntur Bavariae insignia in scuto, cum temporis nota: *Anno Christi M. IↃC. XXIII* [1]. Qua inscriptione quum non omnes sint codices instructi, minus recte autumarunt nonnulli, Maximilianum Summo Pontifici aliquot codices, fidei gratique animi pignora, prius misisse, quam integram bibliothecam Romam adveheret Leo Allatius. Ita etiam perperam sensisse C. B. Hasium apparet ex Notitia eius codicis Palatini 23 (apud nos 33), quam edidit Dübnerus: *Epigrammatum Anthologia Pal.* Vol. I, p. XII.

Altera inscriptio, marmori incisa, quae in aula legitur bibliothecae Vaticanae, ubi codices Palatini olim adservabantur, longior quam quae integra referri possit, ab his verbis exorditur: " *Urbanus VIII Pont. Max. complura Palatinae Bibliothecae volumina nobiles Heidelbergicae victoriae manubias Gregorio XV et Apostolicae Sedi a Maximiliano Bavariae duce donata Romam advexit* etc. „. Gregorium quidem, anno 1622 exeunte, non Urbanum VIII, curam bibliothecae Palatinae Romam transferendae in Leonem Allatium contulisse " *propter spectatam viri non eruditionem solum, sed*

Palatina (vid. Wilkenium in libro infra [§ 4, n. 1] laudato, p. 251). Et sane multa et maxima fuerant Gregorii XV in Bavariae Ducem merita, cui ingentes suppeditarat pecunias, ipsius bibliothecae aestimatione longe maiores. Cf. Lipowsky, *Friedrich V. Churfürst von der Pfalz und König von Böhmen.* München 1824, p. 240; Aug. Theiner, *Schenkung der Heidelberger Bibliothek durch Maximilian I.* etc. *an Pabst Gregor XV. und ihre Versendung nach Rom. Mit Original Schriften.* München, 1844, p. 3; et demum Ioh. Christ. Fel. Bähr, qui contra Theinerum disputavit in commentatione inscripta: *Die Entführung der Heidelberger Bibliothek nach Rom im Jahre 1623.* Leipzig 1845, p. 12 sqq. Quae commentatio seorsum expressa est ex ephemeride *Serapeum* dicta, Leipz. 1845, p. 113-159, in qua pariter contra Theinerum disseruit M. A. Gessert, p. 1-11.

[1] Pittacia haec chartacea, maiora in codicibus maioribus, minora in ceteris, tegumento affixa, a celebri Sadelero Monachii incisa fuisse, docent Ant. Ruland (*Serapeum*, a. 1856, Nr. 13, p. 201), et Christ. Bähr (*Heidelberger Jahrbücher der Literatur*, a. 1872, Nr. 32, p. 509). — Inscriptionem quidem retulerunt plurimi, inter quos Kayser, *Historischer Schauplatz der Stadt Heidelberg.* Frankf. a. M. 1733. Solus vero Theinerus, ni fallimur, una cum verbis insignia ipsa Maximiliani aere exprimenda in fronte supra laudati operis curavit.

etiam fidem et industriam ac singularem in rebus gerendis dexteritatem „, disertissime docet Stephanus Gradius Ragusinus, Allatii familiaris, in *Allatii Vita,* quam, ex schedis eiusdem in bibliotheca Vallicellana delitescentibus erutam, in lucem protulit A. Maius in *Nova PP. Bibl.* Tom. VI, p. V-XXVIII [1]. Et compertum est, summum Graecum, nihil moratum, mense Decembri eiusdem anni 1622 Heidelbergam [2] iam attigisse. Quum vero Gregorius ante sit mortuus, quam Allatius ex itinere Romam rediit, non immerito dicitur Urbanus VIII, in inscriptione quam supra retulimus, ipse bibliothecam Romam adduxisse.

§ 2. Allatium summa diligentia fideque Gregorii XV mandata [3] persecutum esse, codicesque omnes manu exaratos, quotquot colligi possent, necnon ex immani librorum typis impressorum copia illos praesertim, qui doctorum commodis servire possent, ex bibliotheca Palatina aliisque, cum

[1] De Allatio scripsit nuperrime Demetr. Rhodokanakis in ephemeride: *Pandora,* T. XVIII, nr. 429; XIX, nr. 433, 442, 444.

[2] „ *Per hyemem et per medios hostes non sine discrimine et vitae alea* „, ut ait ipse Allatius in libro *de Synodo Photiana* p. 288. V. etiam Steph. Gradium *l. c.* XXII sqq. Iter Allatii Heidelbergam eiusque Romam reditio paucis memorantur a Theinero *l. c.* p. 13-40, fusius autem a Chr. Bähr, qui integram itineris narrationem ex codice (24, p. 703-717) Iusti Fontanini, Archiepiscopi Ancyrae, qui in bibliotheca Sancti Danielis, oppidi Friulani, adservatur, primus edidit, anno 1872, in supra dicta ephemeride: *Heidelberger Jahrbücher* etc., n. 31, 32, p. 486 sqq., sub titulo: *Zur Geschichte der Entführung der Heidelberger Bibliothek.* Vide etiam G. B. Beltrani: *Rapporto d'Allatio sul trasp. della Pal.* in ephemeride *Rivista Europea,* 1882.

[3] Mandata, quae Allatio Roma discessuro Pontificis nomine data fuere a Cardinali Ludovisio et Nicolao Alemanni, primo bibliothecae Vaticanae custode, eximia arte et peritia italico sermone confecta, quum a Mich. Frid. Quadio, bibliothecario Gryphiswaldensi, ex apographo bibliothecae Mayerianae fraude corrupto, anno 1708 latine reddita fuissent, ex ipsis Allatii schedis Vallicellanis primus edidit Theiner (*l. c.* p. 57 sqq. nr. VI, VII). Ante Theinerum quidem, sed ex apographo Vindobonensi, Wilkenius eadem mandata, quorum fidem olim in dubium vocarat (*l. c.* p. 191, not. 2), in vulgus, anno 1837 emiserat in ephemeride: *Jahrbücher der Philologie von Seebode, Jahn und Klotz. V^ter Supplementband,* p. 13 sqq. cf. Bähr, *Die Entführung* etc. p. 26. Omnium vero primus mandatorum auctoritatem gravissimis probaverat argumentis Ranke, *Röm. Päbste, III. Fürsten und Völker, IV,* p. 393 sqq.

Heidelbergensis Universitatis tum Collegii Sapientiae [1], Romam deferendos et in Vaticanam reponendos [2] curasse, nemo est qui in dubium revocare possit, modo ad catalogos Sylburgii Gruterique se conferat. Quin immo Tillii, praecipui foederatarum copiarum ducis, auctoritate adiutus, codices nonnullos haud parvi momenti reciperavit, quos ex bibliotheca exportatos arguerent debitorum chirographa [3]. Quot enim nostra memoria desunt, unus alterve si excipiatur, desiderabantur totidem iam Allatii aetate (ut ex indice in cod. Vat. Lat. 7762, f. 466 patet), qui, in libris conquirendis, ne forte incuriae insimularetur, vel homo haberetur naris minus emunctae, optimo consilio Romam syngraphas secum attulit [4], quibus planum faceret, aliquot codices tunc temporis utendi gratia fuisse commodatos, nec in tanta rerum perturbatione recipi potuisse. Ne hoc quidem in eximio viro reprehendendum vide-

[1] Catalogum librorum 76 manu scriptorum Collegii Sapientiae praebet ex Allatii schedis Theiner *l. c.* p. 78 sqq. nr. XXIII; apographum exstat in cod. Vat. Lat. 7762, f. 550. — Vide etiam apud Theinerum (p. 81, nr. XXIV) indicem codicum graecorum (73) et latinorum (101), quos, praestantissimos plerosque, a Maximiliano I ex bibliotheca Palatina in Monachiensem primum devectos, ab eodem acceperat Allatius et in Vaticanam una cum ceteris fideliter reposuit, cf. Thein. *l. c.* p. 17, et Bähr, *Die Entführung* etc. p. 33. Esaias Leukerus, tum bibliothecarius Monachiensis, videtur ipse codices illos, iussu Maximiliani, pro bibliotheca Bavarica ex Palatina selegisse. Vide epistolam eiusdem ad Gruterum, quam ex codice quodam Monachiensi edidit Ant. Ruland, *Serapeum*, a. 1856, p. 228 infr. Inter codices tum temporis forte Monachium Heidelberga translatos et ibidem, insciente Allatio, relictos, enumerandum est etiam Trithemii *Chronicon Spanhemense*, quod sua ipsius manu auctor exaraverat, cf. Friederich *l. c.* p. 41.

[2] Quot fuerint librorum Palatinorum capsae, quo tempore Romam attigerint, quantique earum ex Urbe in bibliothecam Vaticanam adsportatio constiterit, discimus ex codice Vat. Lat. 7762, cuius titulus est: *Varia ad bibliothecam Vaticanam* a Contelorio collecta. Quae capsae quum statim a baiulis portus Romae, qui dicitur Ripetta, in bibliothecam clavis confixae invectae fuerint, mendacii arguuntur illi, qui Allatium codices aliquot manu scriptos Cardinalibus Carolo Barberini, Colonnae, aliisque primum tradidisse commenti sunt, cf. Theiner, *l. c.* p. 40, 41; Wilken, *l. c.* p. 215. Ficta Allatii crimina firmissimis diluit argumentis Chr. Bähr, *Heid. Jahrbücher der Literatur*, p. 515 sqq. Allatii causam strenue egit etiam Friederich, *Geschichte der nach Rom entführten Bibliothek*, Karlsruhe, 1816, p. 42 sqq.

[3] Vid. Steph. Grad. *l. c.*, cap. I, § 42, et Theiner *l. c.* p. 23.

[4] Syngraphas sive apochas, Gruteri scriptas manu, quae annos complectuntur 1589-1621, vide apud Theiner *l. c.* p. 87-105, nr. XXV, XXVI.

tur, quod, ut vulgo existimatur, inversa temere numerorum serie Sylburgiana, optimi catalogi Sylburgii usum viris doctis tot annos praecluserit; quo factum est, ut etiamnunc, dum nesciunt cuinam numero antiquiori Sylburgiano consonet recentior, in vestigandis codicibus Palatinis, a Montfaucon aliisque ante tempora Emmanuelis Schelstratii commemoratis, operam incassum impendant. Culpam enim non fuisse Allatii, sed potius Felicis Contelorii, Bibliothecae Vaticanae primi custodis, apparere dixeris ex codice Vat. Lat. 7762, f. 453 sqq. et 462 sqq., eius manu exaratis [1]. Antiquiores numeros in sedem suam Assemannorum aetate nondum repositos fuisse, ex eorum ad catalogum Bibliothecae Vaticanae praefatione (T. I, p. XIV) arguitur, ubi in haec verba erumpunt: " *Fridericus Sylburgius indicem contexuit... sed ne hic quidem meliorem ceteris sortitus est conditionem, et nullius usus praesidiique futurum adprime intelliges, tum quia non eo ordine neque ea serie, quomodo notati sunt atque dispositi, codices designantur* etc. „. Quo tumultus ille quodammodo sedetur, et copia fiat, cui lubeat, conferendi inter se utriusque, Contelorii Sylburgiique, numeros, statuimus indicibus, quibus instruitur catalogus noster, alium adiungere, ex codice Barberino XXXVIII 90 desumptum, qui Holstenii schedas exhibet, nec non ex Vaticano Lat. 7762, supra memorato (v. Indicem I, p. 289).

Anno demum quartodecimo post Allatii decessum (1669), Emmanuelis Schelstratii aetate, qui anno 1688 ab Innocentio XI P. M. bibliothecae Vaticanae maior custos renunciatus fuit, redintegrati sunt numeri Sylburgiani, ut ex catalogo auspiciis eiusdem a duobus scriptoribus bibliothecae Vaticanae graece confecto (v. § 11) colligi potest. Nisi quod, coactis in unum et alterum codicem fragmentis omnibus, numeris 402-431 apud Sylburgium signatis, in locum eorum suffecti sunt codices novi, quos Sylburgius, absoluto iam catalogo, a iurisconsulto Iulio Pacio de Beriga, sumptibus Ioannis Casimiri, res Palatinatus, dum pupillus esset Fredericus IV, procurantis, bibliothecae Palatinae comparaverat.

[1] De insignibus Felicis Contelorii meritis, qui in Nicolai Alemanni, primi bibliothecae Vaticanae custodis, locum successit, *nec multo postea etiam procurationem publici apud Vaticanam tabularii* (archivii) *adeptus est*, plurimis disputat Steph. Gradius in iam laudata *Allatii vita* (§ 48), quam taedet auctorem, de Contelorio fusius locuturum, ad finem non perduxisse. V. etiam G. B. Beltrani, *Felice Contelori ed i suoi studî negli Archivî del Vaticano* (Archivio della Soc. Rom. di Storia P. vol. II, 1879, p. 165 sqq.).

§ 3. Anno 1797, composito bello, quod cum Apostolica Sede gerebat Gallorum gens, pactisque apud Tolentinum oppidum indutiis, a Gallis victoribus cautum est, ut Pius VI P. M. quingentos codices manu scriptos, quos ipsi ex universa bibliotheca Vaticana delegissent, Parisios deferendos sibi traderet [1], inter quos sex et viginti graeci Palatini, iique maximam partem praestantissimi [2], adnumerabantur.

§ 4. Debellatis postea Gallis anno 1815 a regum foederatorum copiis, quum spoliatis bona sua refunderentur, Universitas litterarum Heidelbergensis a Pontifice Maximo Pio VII sollicita prece petivit, suffragante potissimum Borussorum rege, ut partem bibliothecae Parisios delatam sibi reddi iuberet. Annuit summus Pontifex, regis beneficiorum memor; quin etiam, ut meritam ei gratiam persolveret, Parisinis codicibus, cum graecis illis tum duodecim latinis, alios Palatinos addidit octingentos quadragenos octo germanico scriptos sermone (Pal. Germ. 1-847, et Pal. Lat. 52, qui Otfridi evangeliorum historiam theotisce continet), praeterea latinos quattuor (454, 1737, 1854, 1912), ad Universitatis Heidelbergensis historiam spectantes; quos codices omnes, ut Romanis nulli fere usui esse, sic Germanis maxime profuturos non immerito sentiebat [3].

[1] Cf. *Recensio mss. codicum qui ex universa bibliotheca Vaticana selecti iussu Pii VI P. M. pridie Id. Iul. an. 1797 procuratoribus Gallorum iure belli, seu pactarum induciarum ergo et initae pacis traditi fuere. Acc. index librorum tam impressorum quam mss. bibl. Vatic. et vasorum Etruscorum ac numorum iisdem procuratoribus exhibitorum.* Lipsiae. *Impr. P. G. Kummer 1803.* Partem huius recensionis, quae ad codices graecos latinosque Bibliothecae Palatinae attinet, accurate ex eadem recensione exscripsit Friederich, *l. c.* p. 62-77.

[2] Cf. indicem sextum ex illis qui catalogum nostrum excipiunt; ex quo liquet Gallorum procuratores in eligendis codicibus fuisse sagacissimos, cf. Bähr, *Die Entführung* etc. p. 43.

[3] Multus est in his rebus, quarum magna fuit pars, Fr. Wilkenius, Universitatis Heidelbergensis tum Prorector, in libro qui inscribitur: *Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelberg. Büchersammlungen* etc. Heidelberg 1817, p. 237-271. Accedit codicum omnium (exceptis CLXXXVI Germanicis minoris pretii, ut quidem editori videbatur) Heidelbergae redditorum brevis recensio, de qua vide quae infra dicimus § 11 extr. Cf. etiam Fr. Creuzer, *Catalogus codicum Palatinorum Academiae Heidelbergensi restitutorum.* Heid. 1816.

§ 5. Quum et numero codicum manu scriptorum eorumque praestantia tantam sibi laudem comparaverit Bibliotheca Palatina, non abs re hic esse videtur incunabula eius et continua incrementa breviter memorare, duce, inter alios, Wilkenio qui, in libro modo laudato, rarissimo sane vixque in bibliothecis publicis obvio, hanc rem pluribus verbis est amplexus [1]. Conditam fuisse Palatinam bibliothecam, auctore Rudolpho Agricola [2], circiter annum 1482, ab Electore Philippo (1476-1508), qui in arce sive aula coacervaverat quidquid praestantiorum in Palatinatu, Germania, Italiaque codicum impetrari potuit, refert H. Altingius in *Historia Ecclesiae Palatinae* [3]. Verisimile est, plerosque codices graecos et latinos Electoris bibliothecae ab ipso Agricola emptos fuisse in Italia, quo se contulerat, ut ex Graecorum exsulum ore, qui, capta a Turcis Constantinopoli (a. 1453), illuc se receperant, linguam Graecam penitus disceret. Aucta fuit postea bibliotheca libris Ioannis Dalburgii [4] (non Dalbergii, ut volunt recentiores), cancellarii Electoris Phi-

[1] Quae de initiis et incrementis bibliothecae Palatinae disputavit Fr. Adelung et post eum Carolus Greith, perexigua sunt et incerta valde. Cf. Adelung, *Nachricht v. altd. Gedichten, welche aus d. Heidelbergischen Bibliothek in die Vaticanische gekommen sind* etc. Koenigsberg 1796, praef.; C. Greith: *Spicilegium Vaticanum. Beiträge zur näheren Kenntniss der Vatikanischen Bibl. für Deutsche Poesie der Mittelalters.* Frauenfeld 1838, praef. Quae de bibliotheca Palatina disseruerunt Bethmannus, Bluhmius, alii, v. in Henrici f. n. praef. ad Cat. Codd. Pal. Latt.

[2] De Rudolpho Agricola (Roelof Huysmann) nostra memoria scripserunt Erhard, *Geschichte des Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung.* Magdeburg 1827, I p. 374-415; Tjalling Petr. Tresling, *Vita ac merita R. Agric.* Groning. 1838; Ad. Bossert, *De Rod. Agr.* Paris. 1865; Klix in: *Schmids Encyklopädie des Erziehungs und Unterrichtswesens.* Gotha 1868, I, p. 33-55.

[3] Edidit Miegius in *Monumentis pietatis et literariis,* Francofurti ad Moenum, a. MDCCII, p. 134. Altingii sententiam amplexi sunt Wilken, *l. c.* p. 110, 111, et Hautz, *Geschichte der Univ. Heidelb.* I, 359, 360. Conditam vero fuisse bibliothecam, suadente Rudolpho Agricola, ab electore Philippo, neminem testari nisi Altingium, qui quo auctore usus sit non constat; et ea quae idem de bibliotheca Dalburgii cum Palatina Heidelbergensi coniuncta commemorat, sola ipsius coniectura niti videri, admonitos nos voluit clarissimus vir Carolus Zangemeister. Ortum bibliothecae Palatinae altius repetit Friederich, nempe a Ludovico Barbato (a. 1421), nec immerito, uti videtur (cf. *l. c.* p. 17-19), et Greith, qui eum sequutus est (*l. c.* p. 11).

[4] De Dalburgio cf. Zapf, *Johann von Dalberg Bischoff zu Worms,* Augsb. 1796. Friederich, *l. c.* p. 26. Fabric. *Bibl. Lat.* ed. Florent. 1858, sub v. Dalburgius.

lippi, qui, hortante eodem Agricola, supellectilem codicum paraverat opulentam in usum episcopatus sui Ladeburgensis, translatis eo libris monasterii S. Nazarii Laureshamensis (Lorsch), quo quidem vix aliud in tota Germania fuit codicibus ornatius [1]. Quum Agricola amicissimo Dalburgio donaverit quidquid ipse librorum haberet, et in ea Quintilianum sua ipsius manu descriptum, credendum est probabili coniectura, et codices eius una cum Dalburgianis in bibliothecam Palatinam transiisse.

§ 6. Electores Ludovicum V, qui cognomento Pacificus dictus est (a. 1508-1544), et Fridericum II (a. 1544-1556) de amplificanda bibliotheca Palatina plurimum etiam cogitasse, ex multis codicibus Germanicis a Pio VII P. M. Heidelbergae redditis apertum est. Studio vero potissimum operaque Ottonis Henrici (Ottheinrich a. 1556-1559), magnopere ampliatam fuisse bibliothecam, quam ex aula, ubi prius adservabatur, in Ecclesiam Collegii Sancti Spiritus, quae Universitatis libros iamdudum capiebat, (v. Wilk. *l. c.* p. 108 sqq.) [2], transferri iussit, ex pluribus lucet testimoniis, et imprimis ex codice Vat. Pal. Lat. 1915, in quo librorum manu scriptorum incredibilis copia nomine eius tanquam possessoris insignitur. Viros doctos ac maxime celebrem Ulrichum Fuggerum amicitia sua et patrocinio cohonestavit, quemadmodum ex codice Germanico Palatino 841, nunc Heidelbergensi, evincitur, qui epistolas eius aliquot ad Fuggerum continet [3]. Iam in itinere, quod iuvenis in

[1] Cf. Alting, *l. c.* p. 134; Friederich, *l. c.* p. 26, 27; Wilken, *l. c.* p. 113, 114, ubi v. not. 19; Mai, *Spic. Rom.* V, 161. De codicibus, qui ex variis monasteriis et privatorum hominum bibliothecis in Palatinam devenere, disputaturus est propediem filius noster Henricus in Historia codd. Pal. Interea videsis quae de Laurissensibus scripsit Wilmanns in ephemeride: *Rheinisches Museum*, XXIII, p. 385.

[2] A bibliotheca Palatina discernenda est illa Universitatis, quae, longe antiquior, iam ab anno 1396 libris erat instructa (v. G. Toepke, *Die Matrikel der Universität Heidelberg*. Heid. 1884, erster Theil, p. 655 sqq.). Prior inde ab anno 1553 cum illa in Ecclesia Sancti Spiritus coniuncta quidem fuit, ita tamen, ut suus utrique esset bibliothecarius. Palatina nuncupabatur « *Landbibliothek* » (Wilk. p. 184) i. e. *la biblioteca publica*, ut habet Allatius (apud Theiner *l. c.* p. 44). In hac inerat pars tantum bibliothecae Electorum privatae, sed integra Ottonis Henrici, cuius testamenti partem, ad bibliothecae legatum spectantem, ediderunt Frid. Petr. Wundt in ephemeride, *Allgem. Literatur Anzeiger*, a. 1798, p. 785-789, et Ioh. Frid. Hautz, *Geschichte der Universität Heidelb.*, Vol. II, p. 413-416.

[3] V. Wilken, *l. c.* p. 116, not. 23.

Palaestinam litterarum pietatisque causa susceperat, codices graecos sibi comparaverat plures [1], et pro certo habendum esse videtur, maiorem codicum Arabicorum, Syriacorum, Hebraicorumque partem, quibus insignis est bibliotheca Palatina, in illa peregrinatione eum collegisse. Curavit etiam ipse aliquot codices Graecos suum in usum describendos, ut cod. graec. 401 Pal. Vat., quem sumptibus eius exscripsit Picander Kittingerus. Et, senescente aetate, studium bibliothecam iam opulentam novis ditandi thesauris adeo non remisit, ut, eo rogante, Iurisconsultus Nicolaus Cisnerus (Kistner) Italiam et Galliam per integrum quadriennium lustraret ad codices domini impensis undique conquirendos (v. Friederich, *l. c.* p. 29; Wilk. *l. c.* p. 121; Hautz, *l. c.* II, p. 32).

§ 7. Anno 1587, iubente Electore Friderico IV [2], vel, ut accuratius loquamur, Ioanne Casimiro, qui tutoris vice Palatinatus erat tum curator (a. 1583-1592), cooptata fuit in Palatinam bibliotheca, magno labore ac sumptibus comparata, nobilissimi viri Philippi a Gemingen (vel Gemmingen), cuius catalogum, a. 1587 confectum, videre est in cod. Pal. Lat. 1920. Maxime vero omnium ad dignitatem Palatinae amplitudinemque contulit librorum supellex, quam, codicibus manu exaratis graecis, latinis et hebraicis amplius mille (sic Gruterus in *Chron. eccles.* lib. II, p. 1306), ne germanicos plures, hispanicos, italicos, gallicos memoremus, quos tacet Gruterus, spectatissimam, illustrissimus Ulrichus Fuggerus [3] Friderico IV, grati animi

[1] Cf. Mieg, *l. c.* praef. p. II; Friederich, *l. c.* p. 28; Wilken, *l. c.* p. 117 sqq.

[2] In cod. Vat. Pal. Lat. 1916 catalogum codicum graecorum (126) Augustanae bibliothecae excipit index librorum, quos Fridericus IV ex arce in Ecclesiam S. Spiritus *(aus dem Schlosse zu Heidelberg in die Landbibliothek zum heiligen Geiste)* transferendos Paulo Melisso tradiderat. Libri (imprimis latini, italici, germanici) sunt fere omnes typis editi, inter quos recensentur Caesaris commentarii *ex bibliotheca Fuluij Ursini.* Cod. Vat. Pal. Lat. 1917 eundem praebet indicem ab eodem Melisso iterum confectum, in quo minio distinguuntur libri Friderici in *Electoralem bibliothecam publicam* iam repositi ab illis qui *ab Illmo Electore in aula sunt retenti.* Inter codices mss. qui numero perpauci sunt, habentur Virgilius, Cicero de legibus, et Friderici I Com. Pal. historia. Tertium demum eiusdem catalogi exemplar, *Bibliotheca privata Friderici Comitis Palatini* inscriptum, reperitur in cod. Vat. Pal. Lat. 1918.

[3] De Fuggero vide Thuanum (de Thou) in *Hist. mei temporis* lib. 80; Bayle in *Dict. hist.* s. v. Fugger; Friederich, *l. c.* p. 35; Wilken, *l. c.* p. 116 et im-

ergo, testamento reliquit, qui eam anno 1584 in Palatinam recipi iussit. Quam copiosa fuerit Fuggeriana bibliotheca omnis linguae codicibus manu scriptis et libris impressis, facile perspicitur ex cod. Vat. Pal. Lat. 1921 [1], qui eorum complectitur recensionem, ab ipso Electoris tabellione anno 1570 germanice accuratissime descriptam, dum libri integri in capsis adhuc iacerent. Quam recensionem satis habuit in codice Vat. Pal. Lat. 1915 transcribere Gruterus, paucis tantum ab eo suppletis. In indice contra Pal. Lat. 1920, quem totum confecerit ipse, insunt praesertim libri Fuggeri editi. Indicem latinorum eiusdem librorum, quem Sylburgius scripsisse dicitur (v. Mieg, *l. c.* praefat. et Bähr, *Die Entführung* etc. p. 31), nusquam invenire nobis contigit.

Vix dubitamus, quin eiusdem Fuggeri fuerint quindecim codices illi, non parvi pretii, quos, a sacerdote Graeco Nathaniele, anno 1559, *pretio 53 coronatorum* emptos, enumerat cod. Vat. Pal. Lat. 1951; constatque nobis ex pluribus indiciis, si minus Ioannis Baptistae Egnatii [2] codices, illosque Cypriani cuiusdam, quem Leovitium (Leowitz), insignem Ottonis Henrici astrologum, esse opinamur, at procul dubio integram Iannotii *(Giannozzo)* Manetti [3] libro-

primis 130 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 34. Notum est Fuggerum codices plures bibliothecae suae, sumptibus suis edendos, imprimis graecos, Henrico Stephano commodasse, quod significare solebat doctus typographus his verbis: *Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Hulderici Fuggeri typographus,* ut legitur in fronte editionis Thucydidis a. MDLXIIII, quam ad manum habemus.

[1] Cod. chart. in folio, cuius tegumentum est membranaceum, constat foliis 232, nec alios nisi Fuggerianos libros continet. Singulae capsae, ut ex ipsa recensione compertum est, linteo albo amictae *(mit weiss leinem Tuch überzogen)*, signatae erant suo quaeque numero et litteris F. P. C., etsi in epitaphio Fuggeri, quod olim in Ecclesia S. Spiritus legebatur (Kayser, *hist. Schaupl. von Heid.* p. 54; apud Wilken, *l. c.* p. 133), omisso Friderici nomine, dicitur Fuggerus, praeter alia legata, *bibliothecam pii exilii unicam comitem Palatinatui moriens* donasse. — Immodicus fortasse fuerit in codicum manu scriptorum gr. lat. hebr. augendo numero Ianus Gruterus. Quum autem in codice 1921 libri scripti ab impressis non segregentur, nihil ea de re explorati habere potuimus.

[2] De Egnatio fuse et copiose passim dixit Ambr. Firm. Didot in opera: *Alde Manuce et l'Hellénisme à Venise.* Paris 1875.

[3] Manetti vitam scripserunt: Vespasiano Bisticci, *Commentario della vita di Giannozzo Manetti* (ed. Fanfani). Torino 1862; Naldo Naldus, *Vita Jan. Manetti,* apud Muratori in *Script. rer. Ital.* T. XX, p. 252; G. Voigt, *Humanismus,* I, p. 324-339, 500 sqq. II, p. 50 sqq.; J. B. Réquier, *Vie de G. M., sénateur de Florence.* La Haye 1762.

rum supellectilem in bibliothecam Palatinam ex Fuggeriana devenisse, etsi ea de re nihil certi dici posse arbitratur Wilken, *l. c.* p. 121, n. 27.

§ 8. Eodem Ioanne Casimiro Palatinatum administrante, Fr. Sylburgium, Universitatis bibliothecarium, codices duodecim graecos, anno 1591, a Iulio Pacio de Beriga [1] emisse, qui Heidelbergae tum ius interpretabatur, ex catalogo eiusdem Sylburgii autographo compertum est, de quo vide infra (§ 11). Quot vero libris manu scriptis Ianus Gruterus, quem in demortui Pauli Melissi (sive Schedii) [2] locum anno 1602 suffecerat Fridericus IV, Palatinam adauxerit, taedet nos nihil certi habere. Id tantum probabili coniectura assequi possumus, Electori auctorem fuisse eum, ut aere pararetur nobilissimus Epigrammatum Anthologiae codex, numero 33 apud nos signatus, cuius exemplar aliud aliis in bibliothecis frustra quaesiveris [3]. Arguitur hoc praecipue ex alto Sylburgii silentio, qui nullam de hoc codice, sive in catalogo edito, sive in illo quem sua scripsit manu, mentionem iniecerit. Ceterum sciunt omnes, Claudium Salmasium tum iuvenem, per quem orbi litterarum primum innotuit, iam inde ab anno 1607 Heidelbergae assidua manu, commodante Grutero, Cephalae Anthologiam versasse [4]. In codice Vat. Pal. Lat. 1919, cuius pars prior " *Inuentarium* „ exhibet, anno 1584 confectum, " *librorum Ludouici* (VI) *Comitis Palatini* „ (a. 1576-1583), legitur postulatio, manu Gruteri, qui ei nomen suum adscripsit, exarata, qua ab *Illustrissimo Principe, Domino Electore* (Friderico IV) *et Domino clementissimo* petit

[1] In apochis, de quibus iam supra diximus, scribitur constanter *à Beriga* (v. Theiner *l. c.* p. 91). — De Iulio Pacio vide imprimis Tiraboschi, *Storia della Letter. ital.* T. VII, P. II, p. 144 sqq. ed. Florent. 1784; Berriot St. Prix, *Notice sur la vie et les ouvrages de* J. P. Paris 1840.

[2] De Schedio, clarissimo poëta, vid. J. Brucker, *Ehrentempel der deutschen Gelehrsamkeit.* Augsb. 1747, p. 148 sqq.; O. Taubert, *P. Sch. Leben und Schriften. Programm. des Gymnasiums in Torgau,* 1864; Hautz, *l. c.* II, p. 35, not. 87.

[3] V. de hoc codice, praeter alios, Valentinum Rose, in doctissima praefatione ad tertiam Anacreontis editionem, Lipsiae apud Teubnerum, 1868 (recusam a. 1876); et A. F. Didot, *Notice sur Anacréon,* Par. 1864, p. 38, *note* 4.

[4] Cf. Ios. Scaligeri epist. 431, XII Kal. Iun. 1607; Val. Rose, *l. c.* praef. p. III et XI, not. 5; E. Egger, *l'Hellénisme en France.* Paris 1869, I, p. 228 (ubi minus recte, culpa sane typographi, dicitur Salmasius Heidelbergae Anthologiam Cephalae anno 1616 invenisse); Ambr. Firmin Didot, *l. c.* p. 38, *note* 4; Chardon La Rochette, *Mélanges de critique et de philologie,* I, p. 293-297.

submisse, ni gravetur librorum, quos autumno praeterito comparaverit, *solutionem Domino Quaestori Ecclesiastico mandare,* utque potestas sibi fiat, instantibus proxime nundinis francofurtensibus [1], Bibliothecae Palatinae alios libros emendi, quorum indiculum postulationi subiungit. Eramus in spe magna, fore ut tandem aliquando in Anthologiae codicem incideremus, immemores prorsus iam extitisse eum in Palatina bibliotheca, priusquam scriberetur postulatio illa ad Fridericum, qui regnavit inter annos 1610-1623. Accedit quod in Gruteri indiculo de libris tantum editis sermo est, de manu vero scriptis ne verbum quidem.

Ex Iac. Bongarsii, clari nominis viri, cuius *Gesta Dei per Francos* pervagatissima sunt, locupletissima bibliotheca, utrum codices aliquot graeci necne ad Palatinam accesserint, valde apud nos ambigitur, etsi latinos aliquot eiusdem constat inter Palatinos inveniri (v. praef. ad codd. Pal. Latt.). Nonnullos contra Petavianos graecos, qui plurimi sunt in bibliotheca Vat. Regio-Alexandrina, fuisse olim Bongarsii, cuius librorum partem sibi aere parasse notum est Paulum Petavium, veri est simile; plerosque autem bibliothecae Bernensi ab Bongarsii haerede Iac. Gravisseto fuisse donatos, palam est ex I. R. Sinneri et Hermanni Hagenii eiusdem bibliothecae catalogis [2].

§ 9. Complures codices, cum scriptos tum impressos, latinos praesertim, in Palatinam ex variis monasteriis Palatinatus saeculo decimo sexto commigrasse

[1] Solebat Gruterus singulis fere annis Francofurtum se conferre, eodem consilio, ut libros bibliothecae Palatinae conquireret. Cf. Friederich, *l. c.* p. 37; Hautz, *l. c.* p. 39, not. 105. In cod. Vat. Pal. Lat. 1909, Gruteri scripto manu, alii continentur indices librorum typis editorum, quos idem nundinis francofurtensibus annis variis pro bibliotheca Palatina emerat. Plura habet ibidem Gruterus de se suaque locupletissima librorum supellectile. Vide de hoc codice, eiusque apografo Monachiensi (Hof-und Staatsbiblioth. Cod. lat. 10787), A. Ruland in ephemeride: *Serapeum,* n. 13, p. 187-195.

[2] Cf. *Catalogus* (in tomos III distinctus) *codicum mss. Bibl. Bernensis* etc. curante J. R. Sinner. Bernae 1760, tom. I, praef.; *Catalogus codicum Bernensium edidit, praefatus est* Hermannus Hagen. Bernae 1875, p. XI sqq. Vide etiam eiusdem librum inscriptum: *Jac. Bongarsius,* Bern 1874, et quae de eodem Bongarsio disseruit in ephemeride: *Zur Geschichte der Philologie und lat. Litteratur,* Berl. 1879, p. 53 sqq. Adde: E. Jahn, *Die Kunde und Benutzung der Bongarsischen Hs. in Bern.* 1878; G. C. Lothholz, *Commentatio de Bongarsio singulisque eius aequalibus,* Lips. apud Teub. 1857, et Vimariae, eodem anno; Hautz, *l. c.* II, p. 36.

(v. Riesmann. rediv. p. 98 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 32), liquidum est ex codice Vat. Palat. Latino 1926, in quo varia manu et aetate describuntur libri omnes coenobiorum Casselensis, Weissenoënsis, Walderbachensis, Reichenbachensis, Spainshartensis, Michelfeldensis, demumque Waldsassensis [1].

Ex lautissima celebris monasterii Spanhemensis sive Sponhemensis bibliotheca, quae, studio imprimis et industria doctissimi Abbatis Trithemii, codicibus magno labore gravibusque expensis in Graecia et Italia comparatis [2] constabat, aliquot tantum libri manu exarati in Palatinam videntur transiisse, in quorum numerum referendum esse fortasse codicem graecum 398 arbitratur Wilkenius (*l. c.* p. 141), praestantissimum illum, omniumque rarissimum, anthologiam si excipias Constantini Cephalae. Moleste sane tulimus, inter tot librorum Palatinorum indices, nullum nos bibliothecae Sponhemensis deprehendisse, quo ea de re fieremus certiores.

Libros coenobii S. Nazarii Laureshamensis in bibliothecam Palatinam, una cum Dalburgii supellectile, receptos fuisse, iam supra dictum est (§ 5 extr.).

§ 10. Etsi quot exstiterint bibliothecae Palatinae varii locupletatores, satis exploratum habemus, arduum tamen est admodum de singulis codicibus quinam fuerint olim eorum possessores certa fide statuere. Quippe veritus Leo Allatius, ne immani codicum pondere Romam deferendorum plaustra mulique obruerentur, suis eos maximam partem exuit tegumentis sive involucris [3], quo factum est, ut possessorum nomina, praesertim Electorum,

[1] Cf. Mai, *Spic. Vat.* V, p. 215 et p. X. Inscribitur codex: *Catalogi librorum ex bibliothecis Monasteriorum in Palatina superiore.* Catalogus librorum coenobii Casselensis et Weissenoënsis confectus est, iussu Electoris Wolfgangi, anno 1556; Walderbachensis et Michelfeldensis a. 1563; Spainshartensis a. 1564; Reichenbachensis a. 1584 vel 1585; annus catalogi Waldsassensis omissus est in codice, cuius in fronte addidit manus Gruteri, ut videtur, sequentia: « *Hos* (libros) *iam pridem datos Melissus in Cancellariam misit anno 1600, die 20 Sept.* ».

[2] V. Trithemii *Chronicon monasterii Spanhemensis*, a Marquardo Frehero primum editum, pag. 395, 416; Friederich, *l. c.* p. 31 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 35; Wilk. *l. c.* p. 138, 139. De fatis luctuosis bibliothecae Spanhemensis, cuius reliquiae tantum, Freheri tempore, apud Stauronesum (Kreuznach) adservatae supererant, confer eiusdem Freheri praefationem ad Trithemii opera (Francof. 1601), p. 3. De ipso Ioanne Trithemio, Abbate S. Martini Spanhemensis, dioecesis Moguntinae, vid. imprimis Fabricii *Bibl. latina* s. v.

[3] Cf. A. Theiner, *l. c.* p. 25.

plerumque interciderint. Solebant enim Electores, ut nonnullis ex communi excidio reliquis tegumentis edocemur, nomina sua, una cum gentiliciis vel insignibus, in eis incidere [1]. Nec peccatum est tantum ab Allatio, qui excusatione nimiae molis aliquatenus defendi possit, sed etiam a bibliopegis, qui, dum codices novis induerent involucris, nihil magis cordi habere viderentur, quam ut folia, quae praevia dicimus, abscinderent. Illud imprimis est quamobrem monasteriorum nomina, privatorumque, ut Rudolphi Agricolae, Dalburgii, Fuggeri, qui bibliothecam Palatinam libris suis ditaverant, omnino evanuerint. Certum est, nos in codicibus graecis, quorum folia singillatim omnia sedulo excussimus, eorum nomina nusquam offendisse. Dolendum est vehementer, Sylburgium, quem sane non fugerint, ea in catalogo suo codicum graecorum bibliothecae Palatinae constanter omisisse. Quod damnum aliquo tamen modo resarciri potest ex codice Vat. Pal. Lat. numero 1916 signato, qui indice clauditur, in litteram digesto, nominum rerumque [2]. Ex hoc enim indice, ab amanuensi bibliothecae Palatinae descripto, a Sylburgio et Grutero [3] hic illic suppleto et emendato, accipere videmur, quales fuerint codices Ottonis Henrici, quales Ioannis Baptistae Egnatii, Iannotii Manetti, Cyprianique (fortasse Leovitii illius, cuius scripta nonnulla inter codices Fuggerianos manu exaratos deprehendere meminimus). Quorum tamen virorum vocabula nunquam integris litteris, sed per compendium tantum significata videmus: *Hen. Egna. Mane. Cypr.* Quod si cui viro docto placeat magis ea sic interpretari, ut referenda sint potius ad pluteos, quam ad ipsos possessores, sententiae eius haud refragabimur, modo id nobis concedat, quod verissimum est, nobisque, col-

[1] De tegumentis splendidis, quibus codices suos ornandos curaverat Otto Henricus, confer C. C. Wundt, *Progr. de celeberrima quondam biblioiheca Heidelbergensi.* Heid. 1776, p. 19, not. 28; Wilken, *l. c.* p. 123, not. 30; Hautz, *l. c.* II, p. 33 et ibi not. 80.

[2] Omissi sunt perincommode, cum in hoc codice tum in plerisque illis quos supra passim laudavimus, foliorum numeri. Codex Vat. Pal. Lat. 1950 eundem exhibet in fine indicem, de quo supra.

[3] Adnotavit, praeter alia, Gruterus in fronte indicis, codicem Pal. 191, qui Diogenem Laërtium et Philostrati epistolas amatorias complectebatur, desiderari, sed olim exstitisse, in eiusque locum substitutum fuisse *interim* in catalogo a Sylburgio confecto alium codicem (illum nempe qui Phalaridis continet epistolas). Quum inter codices, quos recensuimus, nullus habeatur qui Diogenis vitas et Philostrati epistolas coniunctim praebeat, apertum videtur, codicem de quo loquitur Gruterus prorsus intercidisse.

latis cum indice codicibus ipsis, omnino compertum, libros multos re vera fuisse olim illorum, quibus in codice Pal. Lat., quem supra memoravimus, adscribi videntur. Et enim ex triginta et tribus codicibus, quos ex certissimis indiciis Manettianos fuisse nobis constat, nullus est quin, eodem numero signatus, eiusdem Manetti etiam in indice nomen prae se ferat. Huc accedit, quod inter codices Ottonianos aliosque nullus reperitur Manettianus. Crebrius quidem quam in codicibus, occurrunt ibi nomina Henricus et Egnatius. At quid hoc? Quos libros, licet pauciores, ex indubitatis testimoniis, Henrici fuisse et Egnatii pro certo habemus, iidem eisdem et in indice tribuuntur. An fortuita haec, inter infinitos codices, eorundem numerorum et nominum concursio? Adde quod mirum videri possit, ab Egnatio et Manetto, qui solum Heidelbergense ne pede quidem presserint, prae Fuggero aliisque, pluteos in quibus codices eorum non repositi essent, nomen suum accepisse. Quare nihil dubitavimus in indice nostro possessorum codices omnes in illos conferre, quorum nomina in codicem Pal. Lat. 1916 relata sint.

§ 11. Reliquum est, ut quae praesidia in catalogo nostro conficiendo nobis praesto fuerint, quamque rationem simus sequuti, nonnullis significemus. Usi sumus potissimum Frid. Sylburgii catalogo, quem, Ioannis Casimiri iussu, post translatam in Palatinam Fuggeri bibliothecam, circa annum 1584 accuratissime condidit, suaque ipse manu, litteris minutis, nitide admodum et eleganter conscripsit. Continetur in codice Vat. Pal. Lat. 429 *bis*, cuius tegumentum membranaceum insignibus ornatur Urbani VIII [1]. Desiderantur quidem in illo codicum aetas, numeri foliorum, operum initia, librariorum nomina et subscriptiones, aliaque plurima, quae a recentioribus magnopere postulantur; sed haec temporibus, non Sylburgio sunt adscribenda. Quam diligenti sollertique manu codices omnes evolverit, id intelligitur ex doctis-

[1] Quum Leo Allatius hunc tantum Sylburgii catalogum, praeter illum librorum Fuggeri aliosque plures, attamen non universam bibliothecam describentes invenerit, et secum Romam Heidelberga asportaverit, mirum non videri possit, cur in epistola ad Nicolaum Alemanni, primum bibliothecae Vaticanae custodem, die 23 mensis Decembris a. 1622 Heidelberga missa, haud sine stomacho queratur, nullum fere se inter libros bibliothecae Palatinae offendisse catalogum (v. Theiner, *l. c.* p. 21 *not.*). Credibile est, catalogos omnes, ante captam Heidelbergam, ut in tuto collocarentur, interceptos fuisse, quos postea partim reciperaverit Allatius. Cf. Bähr: *Die Entführung* etc. p. 32.

simis adnotationibus, quibus margines eorum saepissime conspersit, ex rescriptis cum inscriptionibus tum ipsorum auctorum verbis vetustate obliteratis, ex aliisque documentis, quae longum est omnia referre. Nusquam quidem, ut erat vir singularis modestiae [1], nomen suum adscripsit, agnoscitur vero manus eius venusta, quae primum nos latuit, ex autographo catalogo. Quo absoluto, quum codices graecos Pacianos, de quibus iam supra (§ 8) diximus, Bibliothecae comparasset Palatinae, satis duxit breviter eos in fine recensere, praemisso chirographo, quo significat, emisse se eos a D. Iulio Pacio *pro pretio totali coronatorum nonaginta et unius*, et reliquam pecuniam nondum numeratam bona fide soluturum se eidem viro *proximo mercatu francofurdensi.* Quos codices numeris suis, a Sylburgio omissis, signavit postea Gruterus, quem sequutus est Contelorius, ita ut primus numerus ultimum exciperet catalogi Sylburgiani. Mutatam fuisse deinceps temporibus Emmanuelis a Schelstrate Contelorianam seriem, iam supra monitum est.

Praeter emendatissimum Sylburgii autographum, in usus nostros convertimus catalogum eiusdem, quem in *Monumentis pietatis et literariis, Francofurti ad Rhenum, anno MDCCII* [2] typis describendum curavit Ludov. Christ. Miegius, ad fidem, ut ex eiusdem praefatione elucet, apographi Michaëlis Lingelshemii. Mendis quidem scatet, incuria sane typographorum, at margines adnotatiunculis passim instruuntur, quas, cum a Sylburgii catalogo scripto prorsus absint, ab ipso editore additas fuisse putandum est, minime sane despiciendas, a nobis vero, ut ferebat institutum nostrum, silentio

[1] De Sylburgii virtutibus ac meritis videsis Fabr. *Bibl. Gr.* II, p. 168 not.* ed. vet.; J. G. Jung, *Lebensbeschreibung S.* Berleburg 1745; Creuzer, *Oratio de F. S. vita et scriptis* in *Nova acta societ. lat. Jenensis,* I, p. 89, et in *Opusc. acad.* p. 196-213; *Heidelberger Festschrift zur Philologen Versammlung.* Heidelberg, p. 142 sqq.

[2] Sic apponitur annus in exemplari bibliothecae Vaticanae, quo usi sumus; sic etiam apud Bähr, *Die Entführung* etc. p. 31, et Vogel, *Literatur* etc. *öffentlicher und Corporations-Bibliotheken,* Leipz. 1840, p. 121, aliosque, dum in aliis exemplaribus legitur: *anno MDCCI,* ut ferunt clarissimi viri C. Wachsmuth in *Prolegg.* in *Lydi librum de Ostentis,* ed. Lipsiae a. 1863 p. VIII, et Gardthausen in opere inscripto: *Griechische Palaeographie,* Leipz. a. 1879, p. 437. Opus constat duabus partibus, quarum prioris initium facit catalogus Sylburgianus (p. 1-128), quae pars haud dubium videtur, quin iam a. 1701 in lucem edita fuerit; alteri parti (p. 129 ad finem) sola praemissa est inscriptio *Henrici Altingii Historia Ecclesiae Palatinae,* titulo prorsus omisso.

omnino praetereundas. In eodem codice Palat. Lat. 429 *bis,* catalogo Sylburgii praemittitur eiusdem apographum anonymi cuiusdam, quem non esse Lingelshemium [1], arguunt omnis generis sphalmata.

In promptu habuimus etiam, graeco scriptum sermone, " *Inventarium graecorum codicum mss. bibliothecae Palatino-Vaticanae, inceptum a Iosepho de Iuliis* [2], *et finitum a P. Iosepho de Camillis, scriptoribus graecis, sub illmo Dño Emmanuele a Scheltrate* (sic), *bibliothecae Praefecto* (a. 1683-1692) „. Inter hoc inventarium (quod, ubi a nobis laudatur, catalogum consuevimus vocare) et autographum Sylburgii, hoc tantum interest, quod inscriptiones et argumenta graece redduntur, addunturque, praeter foliorum numeros, auctorum aliquot nomina quae in codicibus desunt, nonnulla alia a Sylburgio omissa, scriptorum omnium absque discrimine initia, quo factum est, ut in codicem in folio valde ponderosum paginarum 711 excreverit [3]. Ceterum et codicum aetas et librariorum subscriptiones, et possessorum nómina, et fragmenta, minoraque illa, quibus catalogus carere non potest, ibi prorsus praetermittuntur.

Ad codices quod attinet Heidelbergae redditos, praeter recensionem admodum brevem, Lipsiae a. 1803 editam, quam supra (§ 3 not. 1) memoravimus, emolumento nobis fuit maximo Car. Bened. Hasii aurea *Commentatio de codicibus graecis Vaticanis,* quam in usus nostros ex autographo ipso Parisino *(Suppl. Gr. 811)* provido consilio describi iussit Card. I. B. Pitra, Bibliothecarius S. R. E. Ea tamen ita usi sumus, ut quidquid cum instituto nostro pugnaret, id totum excideremus, additis nonnullis a doctissimo viro praetermissis. Solet enim, parum pressus et redundans, praeter prima cuiusque

[1] Veri nobis videtur simile, anonymi apographum illud idem esse, quod Roma secum Heidelbergam asportaverat Leo Allatius, idem nempe quod, a Gretsero acceptum, Gregorio XIII dono dederat A. Possevinus, unde in bibliothecam transiit Vaticanam. Aliud apographum ex Sylburgii autographo pariter descriptum, una cum indice latino in auctorum nomina, videre est in cod. Oxon. Bodl. 127, quem ipsi excussimus

[2] De docto viro, Raphaëlis Fabretti amicissimo, confer Fabric. *Bibl. Gr.* ed. Harl. Vol. IV, p. 156.

[3] Accedit Πίνακξ, sive Index graecus rerum nominumque (f. 577-711) in litteram digestus. Ad quem conficiendum adhibitas fuisse schedas, quae, foliis adglutinatae, in codice Vat. Lat. 7139 f. 61-98 inveniuntur, ex hoc evincitur, quod rerum argumenta, graeco sermone conscripta, in utroque indice iisdem fere verbis significantur.

operis vel notissimi verba, etiam ultima, Lambecii more, Yriartaeque et aliorum saeculi praeteriti, religiose referre, editiones aliosque eiusdem argumenti codices memorare; praeterea, si quid ineditum offenderet, id totum diligenter transcribere, addita interpretatione latina, variaque ex variis codicibus lectione; quae omnia, ut per se sunt utilissima, ad lectorisque oblectationem haud parum conferunt, ita tamen efficiunt, ut rerum codicis series ordoque eum prorsus effugiant.

De Wilkenii codicum Pal. Heidelbergensium recensione iam supra meminimus (§ 4 not. 1), quae, ut valde sit coarctata et perangusta, desintque in ea maximam partem scriptorum initia, diligenter tamen facta est. Id tantum est animadvertendum, auctorem saepius folia codicis cum paginis commiscere, ut quot foliis constet unusquisque codex haud facile intelligas.

De codicibus 18, 264, 272, quos prorsus intercidisse credebamus, monuit nos humanissime v. cl. Carolus Zangemeister, Bibliothecae Universitatis Heidelbergensis Praefectus, migrasse eos Wittebergam [1] ante Allatii tempora, postque diuturnum ea in civitate domicilium, in bibliothecam Hallensem [2] devenisse, indeque tandem postliminio Heidelbergam anno 1881 rediisse. Quos describendi causa, cum per negotia Heidelbergam iter facere nobis non liceret, hanc provinciam in se recepit doctissimus vir libentissime, cui, beneficii memores, gratias cumulate referimus.

§ 12. De codicum aetate recte constituenda vehementer solliciti, ne forte in re tam lubrica a vero tramite deflectentes in errorem laberemur, quod peritissimis etiam viris saepe accidisse nobis compertum esset, quum amicissimus Carolus Graux, rei palaeographicae mirum quantum gnarus,

[1] Erasmo Schmidtio, professori Graecae linguae Wittebergensi, anno 1620 commodatos fuisse hos codices docet apocha apud Theinerum, ubi tamen numeri haud recte significantur (cf. *l. c.* p. 87, nr. XXV). In commentationem nempe Theineri, ceterum utilissimam, tot irrepsere menda, typothetarum culpa, praesertim eam in partem, quae Documenta complectitur, sive italo sive latino scripta sermone, ut altera emendatiore opus esset editione, excussis iterum Allatii schedis. Theineri operam summatim recensuit A. Reumont in libro: *Bibliografia dei lavori pubblicati in Germania sulla storia d' Italia.* Berlino 1863, p. 274 sq.

[2] De tribus codicibus disseruit etiam Otto von Gebhardt in ephemeride: *Neuer Anzeiger für Bibliographie herausgegeben von Petzholdt.* Dresden, a. 1879, p. 129 sqq.

codices graecos Palatinos, priusquam patriam repeteret, anno 1881 exeunte, nobiscum inspicere averet, annuimus libentissime, ea tamen lege, ut sententiae suae de singulorum aetate copiam nobis faceret. Gravis quidem utrique nostrum labor, (simul enim codices evolvimus, olim iam semel, iterum, tertio excussos), sed ita suavitatis plenus, ut conveniret inter nos, si quid amico otii anno sequenti Romam revertendi esset, quo saeculo etiam reliqui codices Vaticani scripti essent, coniunctim investigare. At vero spes nostra fracta fuit immani calamitate. Carolus enim vix erat Parisios regressus, quum acerba morte, maxima cum nostra et Graecarum litterarum iactura, inopinato praereptus est!

Ut vero redeamus illuc unde aberravit oratio, de aetate codicum Palatino-Heidelbergensium licet ab Hasio Wilkenioque certiores essemus facti, respeximus tamen, ne quid nos lateret, ad Wattenbachii v. cl. Isagogen ad Palaeographiam graecam [1], necnon ad praestantissimum opus, quod edidit idem una cum Adolpho von Velsen, Heidelbergae anno 1878, inscriptum: *Exempla codicum graecorum litteris minusculis scriptorum.* Quippe enim in priore libro scripturae specimina, lithographice expressa, ex codicibus petita sunt Palatinis 398, 281, 252, 23 (apud nos 33), 169, 153, 132, 299, 155 et 47; in posteriore, cuius exempla omnia arte photographica referuntur, praeter alia multa ex aliis bibliothecis desumpta, tria ex nostris Palatinis sunt recepta, nempe ex codd. 281 (tab. XI), 23 (t. XXXVI), et 252 (t. XXXVIII). Doluimus sane ad manum nobis non fuisse alteram codicis Palatini 33 (23) partem, Parisiis delitescentem, quam Carolum Zangemeisterum integram arte pariter photographica exprimendam curasse, ex eiusdem Wattenbachii opere (p. 11, Tab. XXXVI) didicimus.

Etsi varias scriptorum Graecorum editiones in catalogo nostro laudare non consuevimus, in eis tamen quotiescunque codicis alicuius Palatini aetatem deprehendimus descriptam, editoris sententiam, ubi probabilior nobis videretur, nostram facere non dubitavimus.

Quum indictiones mundique anni apud Byzantinos a Kalendis exordiantur Septembribus, quoties temporis nota in codice a librario significata inter menses Septembrem et Decembrem intercedebat, annos ex ea deduximus 5509: si contra inter Ianuarium Augustumque, annos 5508; quod, ut nostra com-

[1] *Anleitung zur grieschischen Palaeographie von W. Wattenbach, mit zwölf Schrifttafeln. Leipzig MDCCCLXXII.*

putandi ratio cum Graecórum adamussim concinat, faciendum esse recte docet Gardthausen [1].

§ 13. Subscriptiones librariorum retulimus omnes accuratissime. Quod si quis menda in eis, eaque non pauca, quin et horrida, sibi deprehendisse videatur, conferat ipse codices, quo persuasum sibi habeat, non errasse nos, neque typographum, sed ipsos librarios, quorum inscitia stomachum simul et risum aliquando movet. Quod in eis describendis minusculis constanter litteris usi sumus, nulla neque nominum propriorum habita ratione, legem secuti sumus scribarum ipsorum.

In codicibus recensendis ita sumus versati, ut quae ad aetatem eorum, habitum faciemque et mores spectarent, ea grandioribus exprimeremus litteris, minutioribus vero quae ad rerum complexum, quae in eis continerentur. Brevitati ita studuimus, ut tamen singula cuiusque codicis, etiam pusilla nulliusque momenti persequeremur omnia, utpote quae, licet lectori inania possint videri et fastidiosa, ad penitiorem indolis codicis cognitionem haud parum conferant. Ea tantum *initia,* quae aiunt, sive prima scriptorum verba, dedimus, ubi opera ipsa parum innotescerent, vel manu scripta tantum exstarent, vel si quid principio in eis desideraretur. Quid enim iuvat, nisi ut nequicquam intumescat catalogus, verba referre, a quibus initium ducit Homeri, puta, Ilias, aut Thucydidis Historia? Quod auctorum editiones, virorumque doctorum elucubrationes perraro laudavimus, aut si quid inediti codex praeberet, nuspiam significavimus, id de industria, prudentique iussu factum est, non ut labori parceretur, nobis sane optatissimo, lectoribusque acceptissimo.

Titulos operum, si ullo modo fieri posset, latine ad verbum reddidimus; ubi autem mendaces essent, aut imperfecti aut verbosiores, emendavimus, supplevimus, amputavimus. Quos titulos praestabilius sane fuerit, nostra quidem sententia, graece referre, ut in codice sunt, addita, si impeditiores, latina interpretatione; mutata enim veste et oris lineamentis, deformiores saepe fiunt, ut vix possint dignosci.

Disiecta per codicem auctorum membra in unum noluimus cogere, ne rerum ordo turbaretur; quod fieri vetabat omnino in Menologiis ipsa festorum dierum series. Si cui placeat scripta unius vel alterius auctoris,

[1] Cf. *l. c.* p. 387.

alia alio dissipata, uno in conspectu simul amplecti, adeat indicem nostrum nominum rerumque, quo facillime huic incommodo medebitur. Quum e contrario varia eiusdem scriptoris operá sese in codice continua serie exciperent, ne vocem τοῦ αὐτοῦ sive *eiusdem* centies renovatam moleste lector ferret, addito si quis esset, vel suppleto a nobis titulo generali, auctoris nomen in fronte semel notavimus, subiunctis scriptoris operibus, quae singula numeris discrevimus. Quae uncinis inclusa sunt, nostra esse, non codicis, monitum volumus lectorem. Id, ne in omissis describendis evaderemus loquaciores, factum est.

Codices Palatinos, qui in bibliotheca Vaticana, alii alia causa, defiunt, asteriscis sive stellulis distinximus. Indicem eorum praebebit catalogus in fine, cum aliis pluribus, quibus edoceatur lector, qui auctores, quae scripta in codicibus laudentur, qui quo tempore librarii eos exaraverint aliaque huiusmodi.

Sed haec de opera nostra ac diligentia, quantulacumque est, satis superque. Restat, ut doctissimis duumviris, Eminentissimo Cardinali IO. BAPT. PITRA, S. R. E. Bibliothecario, et Reverendissimo Abbati D. Ios. Cozza Luzi Probibliothecario, quibus non fuerit fastidio lumen nobis ingenii sui et consilii in rebus dubiis porrigere, maximas agamus gratias; nec minores eximio Bibliothecae Praefecto, excellentissimo Domino Stephano Ciccolini, cuius industria ad bibliothecae decus incredibile quantum prodest. Non possumus denique nobis temperare, quin grato animo significemus, egregie de nobis meritos esse cl. V. Iosephum Gatti et imprimis filium nostrum dilectissimum Henricum, cuius praesertim in plagulis emaculandis summa diligentia singularique peritia factum est ut, quantum effici posset, ab erroribus vacaret catalogus noster, sive nostris sive typographorum.

Romae, prid. Nonas Quint. MDCCCLXXXIV.

H. M. Stevenson Senior.

CODICES PALATINI

GRAECI

CODICES PALATINI GRAECI

1. Membranaceus in folio, saec. X-XI, binis columnis, constans fol. *a-c* 283. — Foliis tribus praeviis *a, b, c,* insunt:

I. Fragmentum Evangelistarii saec. IX, uncialibus scripti litteris, in columnas quatuor distincti.

II. Tabula rerum graece, ab ipso codicis scriptore minio depicta, cuius finem supplevit manus recentissima.

(MENOLOGIUM mensis Septembris):

S. Symeonis Stylitae τοῦ ἐν Μάνδρᾳ vita. Incipit Συμεώνην (sic) τὸν πάνυ folio 1.

S. Mamantis martyrium. Inc. Μάμας ὁ μέγας οὗτος f. 31.

S. Anthimi, Nicomediae Episcopi, martyrium. Inc. Τίς οὐκ οἶδε τὴν Νικομήδους f. 40 v.

S. Babylae, Antiochiae Archiepiscopi, martyrium. Inc. Νουμεριανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα f. 48.

Narratio de prodigio S. Michaëlis Archangeli Chonis facto. Inc. Καὶ τὸ περὶ τῶν ἄλλων ἁγίων διεξιέναι f. 55 v.

SS. Romuli, Zenonis et Macarii martyrium. Inc. Τραϊανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως f. 62.

S. Sozontis martyrium. Inc. Μαξιμιανοῦ τῆς Κιλικίας ἡγεμονεύοντος f. 69 v.

S. Severiani martyrium. Inc. Λικιννίου τοῦ δυσσεβοῦς f. 72 v.

SS. Menodorae, Nymphodorae et Metrodorae martyrium. Inc. Οὐδὲ γυναιξὶν οὐδὲ κόραις f. 80.

S. Theodorae Alexandrinae vita. Inc. Ζήνων μὲν ἤδη τήν f. 87.

S. Autonomi martyrium. Inc. Τῆς ἴσης ἀτοπίας f. 101 v.

S. Cornelii centurionis acta et consummatio. Inc. Μετὰ τὴν σωτήριον ἐπὶ γῆς τοῦ Λόγου ἐπιδημίαν f. 106.

S. Nicetae martyrium. Inc. Νικητικοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος Νικήτα f. 116.

S. Euphemiae martyrium. Inc. Διοκλητιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος f. 120.

SS. Pisteos, Elpidis et Agapae, matrisque earum Sophiae martyrium. Inc. Μετὰ τὸ διαγγελθῆναι f. 132.

SS. Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis martyrium. Inc. Πρόβου τοῦ δυσσεβοῦς f. 142.

SS. Eustathii et uxoris eius Theopistae, filiorumque Agapii et Theopisti martyrium. Inc. Τραϊανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα f. 151.

S. Asterii, Episcopi Amaseni, in S. Phocae martyrium oratio. Inc. Ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας f. 175.

S. Theclae protomartyris vita et martyrium. Inc. Ἄρτι τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας f. 179 v.

S. Euphrosynae Alexandrinae vita. Inc. Ἄρτι τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα f. 194.

In S. Ioannem Evangelistam ὑπόμνημα, seu commentariolus. Medium folium 206 forcipe excisum. Inc. Ὅτι μὴ πολὺ τῶν ἀγγέλων ἀφέστηκε f. 203 v.

SS. Callistrati et Sociorum martyrium. Inc. Τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην f. 215 v.

S. Charitonis confessoris vita. Inc. Πολλὰ τῆς διδασκαλίας f. 225.

S. Cyriaci anachoretae vita. Inc. Τοὺς εὐλογοῦντάς σε, φησὶ πρὸς Ἀβραάμ f. 237.

S. Gregorii, Armeniae maioris Episcopi, (Caianaeque, Rhipsimae et ceterarum sociarum virginum) vita et martyrium. Inc. Τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς f. 249 v.

2. Membr. in f. saec. XV, nitidissime scriptus, fol. 430. — Foliis praeviis nullo signatis numero insunt:

I. Precatio ad Deum, alia scripta manu.

II. Fragmentum orationis in Lazarum, quantum coniici potest ex litteris aevo valde consumptis, eadem qua codex manu exaratum.

III. Index rerum generalis.

Plutarchi Vitae parallelae, in III libros distinctae, cum scholiis passim in margine et variis lectionibus:

Liber I a Theseo et Romulo ad Demosthenem et Ciceronem, f. 2-132. — Liber II a Phocione et Catone ad Alexandrum et Caesarem, f. 143-272 v. Nonnulla in Vita Aemilii (f. 192) desiderantur, quam librarius praeter morem vitae praeposuit Timoleontis, ubi et aliquot voces desunt. — Liber III a Demetrio et Antonio ad Agesilaum et Pompeium, f. 274-413. Singulis libris suus praemittitur index.

3. Membr. in 4, saec. XI, binis columnis, fol. 177.

(Menologium mensis Decembris):

SS. Thyrsi, Leucii, Callinici, Philemonis et Apollonii martyrium. Inc. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ f. 3.

S. Eleutherii martyrium. Inc. Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων f. 25.

In Danielem Prophetam et tres Pueros ὑπόμνημα, seu commentariolus. Inc. Ἄρτι Ναβουχοδονόσορ f. 32.

S. Bonifacii Romani martyrium. Inc. Καὶ τὰ τῶν ἄλλων μέν f. 45 v.

SS. Sebastiani, et sociorum eius, Zoae, Tranquillini, Nicostrati, Claudii, Castoris, Tiburtii, Castuli, Marcellini (sic) et Marci martyrium. Inc. Πολλῶν κατὰ διαφόρους f. 53.

S. Ignatii τοῦ Θεοφόρου martyrium. Inc. Ἄρτι Τραϊανοῦ f. 64.

S. Iulianae Nicomedensis martyrium. Inc. Ἡ καλλίστη τῶν πόλεων f. 71 v.

S. Anastasiae martyrium. Inc. Ἀναστασία γυναικῶν ἡ καλλίστη f. 77 v.

SS. Decem Cretensium martyrium. Inc. Ἄλλος μὲν ἄλλοτι f. 93.

SS. Eugeniae et parentum eius martyrium. Inc. Κομόδου μετὰ Μάρκον f. 96.

S. Theodori Grapti, fratrisque eius S. Theophanis vita. Inc. Τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ f. 114.

SS. Indi, Domnae et XX millium apud Nicomediam martyrium. Inc. Ἄρτι Μαξιμιανοῦ δεύτερον ἔτος f. 124.

S. Marcelli, monasterii Acoemetarum Archimandritae, vita. Inc. Ἔννοιά μοι πολλάκις f. 142 v.

S. Melaniae (cod. Μελάνης) Romanae vita. Inc. Ἦν ἄρα καὶ τοῦτο f. 160.

4. Membr. in 4, saec. X-XI, fol. 295.

(Menologium per varios menses):

S. Mariae Aegyptiacae vita. Inc. Μυστήριον βασιλέως f. 1.

Anastasii Sinaitae in Psalmum VI homilia. Inc. Πρέπουσα ἀρχή f. 22 v.

S. Martyris Placidi (cod. Πλακήδα), sive Eustathii, uxorisque ac liberorum vita. Inc. Πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις f. 39.

SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestae (cod. Ὀρεστίου) martyrium. Inc. Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ f. 55 v.

SS. Aretae et sociorum martyrium. Inc. Ἔτους πέμπτου τῆς βασιλείας f. 81 v.

Anastasii, Episcopi Theopolitani (seu Antiocheni), de rebus in Perside gestis narratio. Inc. Βασιλεύοντος Ἀῤῥινάτου f. 109.

S. Basilii Caesariensis, in Cappadocia Archiepiscopi, encomium in SS. XL martyres. Inc. Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο f. 122.

Beati Nicetae in S. Theodorum martyrem encomium. Inc. Τί λαμπρὰ καὶ διαυγής f. 130.

S. Xenophontis et sociorum eius vita. Inc. Διηγήσατό τις γέρων μέγας f. 143.

De S. martyre et thaumaturgo Artemio, commentariolus a Ioanne monacho e Philostorgi(i) Historia ecclesiastica et aliorum (scriptis) excerptus. Inc. Τὰ τοῦ μεγάλου καὶ ἐνδόξου f. 151 v.

S. Marinae martyrium. Inc. Τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν f. 189 v.

S. Ioannis Calybitae vita. Inc. Βίον καλόν, ἀδελφοί μου f. 200 v.

SS. Anatolii, Eustathii et Thespesii martyrium. Inc. Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος f. 209.

S. Catharinae τῆς ἐκ Βυργηλίου martyrium. Cum adnotatione A. Maii de Virgilio rhetore. Inc. Ἔτους τριακοστοῦ f. 224.

S. Iacobi Persae martyrium. Inc. Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας f. 234.

S. Andreae Apostoli acta. Inc. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν f. 242.

S. Febroniae martyrium. Inc. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις f. 259 v.

S. Sophronii, Hierosolymitani Archiepiscopi, encomium in SS. XLII martyres καλλινίκους. Non esse Sophronii monet A. Mai in margine. Inc. Ἐπὶ τὰ μαρτυρικά f. 280 v.

SS. Acindyni, Pegasii et Anempodisti martyrium. Inc. Κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους f. 287 v.

5. Membr. in 4, saec. X, fol. 265.

Evangelium S. Matthaei, cum commentario (Petri Laodicensis). Comm. inc. Βίβλος τῆς γενέσεώς ἐστι τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα f. 1.

Evangelium S. Marci, cum commentario (Victoris Antiocheni). Comm. inc. Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα f. 166. — Superest tantum index in Marcum; suum habebat olim etiam Matthaei Evangelium.

6. Chartaceus in f. saec. XV, fol. 191.

Homeri Ilias, cum argumentis, paraphrasi inter lineas rubris scripta litteris, quas plerasque combibit charta, et variorum scholiis. — Rhapsodia A clauditur versu 188, pluribus scilicet foliis avulsis inter f. 3 et 4, quod ab ultimo incipit versu. — Rhaps. K lacunam praebet a versu 80 ad versum usque 234, inter f. 74 et 75. Eiusdem rhaps. desideratur etiam finis a v. 549. — Rhaps. Λ mutila est ab initio usque ad v. 119, qui incipit f. 79. — Ultimae denique omissa est paraphrasis, praetereaque manca est a versu 387 ad finem usque.

7. Bombycinus in 4, maxima ex parte a Georgio Chrysococca anno Chr. 1336 (sic pro 1436) exaratus, fol. 200.

Homeri Batrachomyomachia, cum glossis inter lineas, f. 1.

Odyssea, cum argumentis, scholiis in margine, et glossis inter lineas, f. 4. — Rhapsodiae T desunt glossae et scholia, a f. 156 ad f. 162. — Pariter rhapsodiae Υ, a f. 166 ad finem usque, nisi quod f. 168 scholiolum legitur manu saec. XVI additum. — Odysseam excipiunt:

I. Librarii distichon heroicum: Γήθει μὲν λιμένα πλωτὴρ πολυβενθέα μάρπτων· Γήθει δ'αὖτε γραφεὺς στίχον ὕστατον ἑκτολυπεύων.

II. Duplex synopsis iambica Odysseae, quarum prima brevior inc. Φυγὼν Ὀδυσσεὺς τὸν μαχησμὸν Ἰλίου, altera prolixior: (Μόχ)θους ἀποδρὰς καὶ μόγους τοὺς ἐν μόθοις.

III. Hexastichon iambicum librarii, quod inc. Πονῶν, μογῶν ἄμετρα, ταύτην τὴν βίβλον.

IV. Eiusdem subscriptio: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ δϛϡσδκπφ υπῃφ ψσφτπλπλλθ (i. e. γεωργίου τοῦ χρυσοκόκκη) ἐν ἔτει ϛωμδ' (sic pro ϛϡμδ') ἰνδικτιῶνος δ'. Clavis cryptographica est haec: β=α; γ=β; δ=γ; ε=δ etc.

(Theodori Prodromi Catomyomachia) f. 198 v. — Alia manu eiusdem aetatis ex optimo exemplari descripta. Folium 196 transponendum est post f. 198. Inscriptio Γαλεομυομαχία, quae in margine superna folii 196 legitur, suppleta est manu Sylburgii, quem nomen poetae fugit. Praevium argumentum incipit Τοῦ μυῶν κυρεύοντος ἐν ὀπῇ τινι ζοφώδει. Poema iambicum, versibus 384 constans, inc. Τί τὸν τοσοῦτον ἀνδρικώτατοι χρόνον.

8. Membr. in f. saec. X, fol. 263, quorum ultima octo manu saec. XVI suppleta. Olim Nicolai diaconi Chrysomalli. ut ex medio folio 222 v. patet.

Ecloga et Synopsis (cod. 13 κατὰ σύνοψιν) librorum LX Basilicorum, σὺν παραπομπαῖς. Opus litterarum ordine digestum, praemisso titulo *De Fide*, cui praefigitur index, f. 1. — Glossae in margine, et passim inter lineas.

Novellae Romani Senioris, quibus praeponuntur στίχοι ἰαμβικοί, qui inc. Νέον νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ. f. 212 v. — Alias eiusdem Imp. novellas vide infra. Numerum earum, ut et sequentium Constantini, significare omisit librarius, nec nobis statuere obvium in tanto codicis tumultu, ubi eiusdem imperatoris novellae nullo inter se discrimine uno tenore sese excipiunt.

Novellae Constantini Porphyrogeniti f. 215 v. — Alias vide infra.

Nicephori νέα νομοθεσία f. 219. — Alias v. infra.

Novellae Romani Senioris f. 220 v.

Cosmae Magistri sententia de Paroecis f. 222.

Novella Basilii Iunioris f. 222 v. — Addidit manus recentior.

Περὶ ῥοπῆς, seu de praescriptione temporum usque ad annos centum, f. 223.

Novella Romani f. 234.

Novellae XII Constantini (Porphyrog.) f. 235. — Singulae suo signantur numero, quo carent superiores.

Novellae V Nicephori f. 242.

Leonis Pii Imperatoris Novellarum LV ecloga f. 243. — Hoc folium et sequens manu recentiore suppleta.

Novella Basilii Porphyrogeniti f. 254.

Sisinnii, Archiep. CPolitani, sermo de illicitis nuptiis (conciliorum decreto vetitis), f. 257. — Litterae plures inscriptionis evanuere.

De Actionibus f. 260.

9. Membr. in 4, saec. X-XI, binis columnis. fol. 185.

(Menologium mensis Novembris), initio ac fine mutilum:

(S. Ioannicii) vita, ut videtur, f. 1. — Initio caret.

S. Anastasii Sinaitae sermo de iis qui in Christo obdormiverunt. Inc. Τί τοῦτο σήμερον, ἀγαπητοί f. 34 v.

S. Io. Damasceni sermo de iis qui in fide obdormiverunt, quomodo Liturgiis et beneficiis, quae pro ipsis fiunt, adiuventur f. 44.

S. Pauli Confessoris vita. Inc. Κωνστάντιος τὴν ῥωμαϊκὴν ἀρχήν f. 61.

De Michaëlis Archangeli miraculis, narratio Pantaleonis Diaconi et Chartophylacis magnae ecclesiae, f. 66 v.

S. Menae Aegyptii, qui in Cotyaeo passus est, martyrium. Inc. Ἔτους δευτέρου τῆς βασιλείας Γαΐου f. 75.

Timothei, Archiep. Alexandrini, narratio de quinque miraculis S. Menae martyris f. 79 v.

S. Ioannis Eleemosynarii, Episcopi Alexandrini, vita. Inc. Ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστιν f. 88.

S. Io. Chrysostomi vita et miracula, auctore Georgio Alexandrino Episcopo, f. 123 v. — Finis deest, ut et reliqua quae ad mensem Nov. spectant.

10. Membr. in 4, saec. X, fol. 268.

S. Pauli epistolae XIV, cum argumentis, et in margine scholiis veterum PP. ab Oecumenio collectis, praevio Prologo de S. Paulo, de eiusdem peregrinatione et martyrio. Scholia sunt ex Chrysostomo, Cyrillo, Dionysio Alexandrino, Eusebio, Gennadio, Gregorio Nysseno, Isidoro, Oecumenio, Severiano, Theodoreto et aliis. — Monuit P. Felkmann in primo folio chartaceo, differre valde, et quidem statim a principio, codicem nostrum ab editione latina Antwerpiae a. 1545 a Ioanne Stelsio excusa, sub titulo: *Enarrationes vetustissimorum Theologorum in omnes S. Pauli epistolas ab Oecumenio collectae.* Legebatur olim et Henrici Stephani adnotatiuncula, in fine Epistolae ad Hebraeos, nunc deperdita, folio fortasse ultimo avulso. Alicubi glossae, et interpretatio latina inter lineas, minio descripta. Numeri pariter inter lineas textus, illis Catenae respondentes.

11. Bombyc. in f. saec. XIV, fol. 333.

S. Io. Chrysostomi in Acta Apostolorum homiliae LV, praevio indice. Singulis homiliis suum accedit ἠθικόν.

12. Bombyc. in 4, saec. XIII-XIV, nitidissime scriptus, fol. 269, quorum nonnulla manu suppleta recentiore.

Homeri Ilias, cum argumentis, glossis inter lineas, et scholiis in margine, quibus fere carent posteriores libri υ, φ, χ, ψ, ω, et omnino folia sequioris aetatis.

13. Membr. in 4, anno Chr. 1167 a Georgio Camareno in Creta eleganter exaratus, imperante Manuele Comneno I, fol. 349.

Ecloga compendiaria (κατὰ σύνοψιν) librorum LX Basilicorum, σὺν παραπομπαῖς, ordine litterarum digesta, praemisso titulo *de Fide*, cui praeponitur index generalis, f. 1.

Novellae VIII Romani (Senioris), praefixo disticho iambico, ut in cod. 8, quem si minus aetate, saltem praestantia noster longe superat, f. 284 v.

Novellae V Constantini Porphyrogeniti f. 288 v.

Nicephori νέα νομοθεσία f. 293.

Novellae (Romani) f. 295.

Cosmae Magistri sententia de Paroecis f. 296 v.

Alia Novella Romani f. 310 v.

Novellae XI Constantini (Porphyrog.) f. 311 v.

Novellae V Nicephori f. 319 v.

Leonis Novellarum LV ecloga f. 321.

Novella Basilii Porphyrog. f. 333.

Sisinnii Archiep. CP. sermo de illicitis nuptiis f. 337.

De Actionibus f. 340 v.

Mensurae geometricae f. 344.

S. Gregorii Theologi testamentum, ex archetypo descriptum, quod in Ecclesia Nazianz. adservabatur f. 345.

Moschionis ὑποθῆκαι, seu monita. Inc. παραφύλαττε σαυτόν f. 346.

De bisexto f. 347.

De generatione hominis, καὶ ὅθεν Γ'. καὶ Θ'. καὶ Μ'. f. 347 v.

De Istro fluvio f. 347 v.

De indictione f. 348 v.

De Actione in personam (cod. περὶ ἀγωγῶν) f. 349.

Subscriptio librarii, qua clauditur codex: ἐτελειώθη τὸ βιβλίον κατὰ τὴν ις'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῇ ε' ἰνδικτιῶνι τοῦ ,ϛχοε' ἔτους βασιλεύοντος τοῦ χριστιανικωτάτου ὀρθοδόξου βασιλέως τῶν ῥωμαίων κυροῦ μανουὴλ τοῦ

κομνηνοῦ καὶ πορφυρογεννήτου ἐν κρήτῃ πρακτορεύοντος τοῦ περιποθήτου ἀνεψιοῦ αὐτοῦ κυροῦ ἀλεξίου τοῦ κοντο(ζεφάνου) ἐκ πόθου τοῦ καμαρηνοῦ γεωργίου καὶ κόπων ἰδίων· καὶ εὔχεσθε οἱ ἀναγινώσκοντες. ἀμήν.

14. Membr. in 4, saec. X ineuntis, fol. 315; binis columnis, litteris pronis scriptus, passim sine accentibus.

Iosephi Antiquitatum Iudaicarum libri XI-XVII, praemisso singulis summario. — Lib. XI, initio mutilus, inc. . . . ξομένας κατὰ τὸ παλαιὸν θυσίας ἐτέλουν f. 1. — Lib. XVII, initio pariter carens, inc. . . . καίτοι θυγατρὶ αὐτῆς συνῴκει μητρός f. 287. — Libri XVIII superest tantum summarium f. 331. — Ad calcem cuiusque libri significatur annorum numerus: περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν etc.

Vita Iosephi ab ipsomet conscripta; fine mutila, inversaque aliquot foliorum serie, f. 332.

15. Membr. in f. saec. XI, fol. 346, binis columnis, a Ioanne presbytero exaratus. — Folio praevio et duobus ultimis, pariter membranaceis, madore ita deturpatis, ut pagina prima vix legi queat, inest fragmentum saec. X scriptum, ex vita S. Isaaci.

S. Io. Chrysostomi libri IX de Incomprehensibili f. 4.

» libri VI adversus Iudaeos f. 133.

» Laus eorum qui Ecclesiam frequentant, de ordine in doxologiis, et in illud: Vidi Dominum sedentem super throno alto et sublimi f. 230 v.

» Sermo in illud Paralipomenon: Elatum est cor Oziae, et de humilitate etc. f. 241 v.

» In illud Isaiae: Vidi Dominum; et demonstratio, Oziam lepra merito affectum fuisse, qui suffire ausus sit, quum id solis sacerdotibus competeret f. 250 v.

» Homilia in Seraphinos f. 256.

» De Sacerdotio libri VI, cum argumentis, f. 263.

Subscriptio librarii ad calcem: ἐπληρώθη δέλτος διὰ ἰωάννου πρεσβυτέρου . . . . εἰς ἡμέρας μ̄β. Evanuit aetatis significatio.

16. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 421, quorum octo posteriora saec. XIV.

S. Gregorii Nazianzeni Orationes II-XVI, cum interpretatione et brevibus prooemiis:

Orat. II. in S. Pascha f. 1.

III. in novam Dominicam (seu S. Thomae), et in S. Mamantem martyrem f. 57.

IV. in S. Pentecosten f. 72.

V. in SS. Maccabaeos f. 99.

VI. in S. Cyprianum martyrem f. 116 v.

VII. in Verba, seu in Iulianum exaequatorem, Dominica ante Natalem Domini, f. 130.

VIII. in Christi Natalem f. 143 v.

IX. funebris in S. Basilium f. 164.

X. in SS. Lumina f. 228 v.

XI. in idem festum f. 250 v.

XII. in Gregorium Nyssenum et Magni (Basilii) fratrem f. 295.

XIII. in S. Athanasium Alexandrinum f. 301 v.

XIV. in CL Episcoporum conventum f. 331.

XV. de Caritate in pauperes f. 360.

XVI. in Patrem silentem ad calamitatem e grandinis ictu acceptam f. 391.

S. Basilii Magni homilia in Christi Natalem f. 414.

Eiusdem homilia exhortatoria in S. Baptismum f. 417 v.

17. Membr. in f. saec. X-XI, excepto ultimo folio chartaceo saec. XVI, fol. 168.

(Menologium mensis Novembris et Decembris):

Marci Monachi et monasterii S. Sabae Hegumeni narratio de vita et miraculis S. Gregorii Agrigentini Episcopi f. 1. — Monet in margine aliquis, hanc vitam sub nomine Leontii Monachi exstare in cod. Vat. 807, p. 217.

S. Athanasii, Archiep. Alexandrini, sermo de miraculo in Domini imagine facto apud Berytios f. 39.

De miraculo in Tetrastylo facto, deque Theodoro et Abramio. Inc. Δεσποτικῶν θαυμάτων ἀνάμνησις f. 43.

(S. Gregorii Nysseni) vita et martyrium S. Gregorii Thaumaturgi f. 55 v.

SS. Arethae et Sociorum martyrium in (Aethiopiae) urbe Negra. Inc. Ἔτους πέμπτου τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ φιλοχρίστου f. 84 v.

S. Ephraemi sermo de Consummatione, de Antichristo et de Caritate f. 104 v.

Asenethae, filiae Pentephri sacerdotis, confessio et precatio. Inc. Ἐγένετο ἐν τῷ πρώτῳ ἔτη (sic) f. 118 v.

Philareti Eleemonis vita. Inc. Βίον θεάρεστον καὶ πολιτείαν f. 134 v.

S. Andreae Cretensis τοῦ Ἱεροσολυμίτου sermo in vitae vanitatem et in defunctos f. 154 v.

Eiusdem sermo in Annuntiationem S. Deiparae, fine mutilus, f. 166.

18. Chart. in 4, saec. XVII, pagg. 165. In locum veteris codicis Palatini, qui, Romam nunquam delatus, Wittembergae, quo ante

annum 1622 migraverat, dudum commoratus, Heidelbergam demum a. 1881 postliminii iure rediit, suffectus est iste recentissimus, indocta manu latina descriptus:

S. Cyrilli Alexandrini adversus Iulianum ἀντιῤῥήσεων libri duo priores. Adnotavit aliquis in margine varias lectiones, lacunas supplevit et sphalmata emendavit. Liber primus incipit a *tomo* quarto, eoque initio mutilo.

* Codex Palatinus Heidelbergensis, dictus etiam Wittembergensis II^us^, est bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 264; insunt:

(Nicephori) Basilacae Monodia in fratrem bello Siculo interemptum, (omnes pene lugendi ritus a sacris pariter et profanis litterarum monumentis exprimens). Inc. Προτρέχει μοι f. 1.

(Lamentatio patris, ut videtur, ob filii mortem). Inc. Οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ δρᾶμα f. 3 v.

Eugeniani Oratio funebris in magnum Drungarium Stephanum Comnenum. Inc. Ὑσμενίαν φασίν f. 4 v.

Stilbae τοῦ μακαρίτου CPolitani carmen in discipulum Stephanum τὸν ἑξαπτέρυγον, qui obiit ἐν ταῖς παλαιαῖς Πάτραις. Inc. Ἕδος φαεινὸν ὄμμα f. 8.

Voces animalium. Inc. Βρυχᾶται ἐπὶ λέοντος f. 8 v.

Lycophronis Cassandra, cum Is. Tzetzae commentariis, f. 9. — Praeit f. 8 v. imago depicta Lycophronis scribentis, cum inscriptione: Λυκόφρων ὁ ποιητής, additis in libro verbis: λέξω τὰ πάντα.

Tabula lunaris f. 97.

Aeschyli tragoediae III, cum scholiis:

I. Prometheus, inde a versu 270 (ed. Herm.), f. 98.

II. Septem adversus Thebas f. 111 (f. 121 novicium).

III. Persae, usque ad versum 1013, f. 130.

Hesiodi Opera et Dies, cum Tzetzae scholiis, praemisso tractatu de poematum vario genere, f. 148.

Eiusdem Scutum, omissis scholiis f. 227 v.

Versus novem de Xerxe, manu recentiore. Inc. Ξέρξης Περσῶν f. 239 v.

Euripidis Hecuba, usque ad v. 274 προσπιτνῶν παρειάδος (sic), cum scholiis, f. 240. — Folia 245-246 vacua.

Evangelii Lucae cap. X, v. 16-18, et alia pauca per iocum exarata, manu recentiore, f. 246 v.

Cleomedis Cyclica theoria (pars libri I), cum nonnullis figuris; fine caret. Inc. Τοῦ κόσμου f. 248. Des. ἀλλ' ἓν παντὶ....

19. Bombyc. in 8, saec. XV, fol. 332, a f. 316 ad finem alia manu aequali scriptus.

De legis Fufii abrogatione (i. e. caput 7 libri I paraphrasis Institutorum, auctore Theophilo). Inc. Ὁ μὲν Ἀέλιος (l. Αἴλιος) Σέντιος τῷ ἐλάττονι τῶν κε' ἐνιαυτῶν δεσπότῃ τὸν ἴδιον οἰκέτην ἐλευθεροῦν οὐ συνεχώρει f. 3.

(De primis legum inventoribus). Inc. Σόλων καὶ Δράκων πρῶτοι ἐφευρεταὶ τοῦ νόμου f. 4.

(Iustiniani imp.) Institutorum libri IV, interprete Theophilo Anticensore (sic), f. 5 v. — Inscriptiones latinas, graecis litteris plerumque expressas, excipit constanter graeca interpretatio. Lib. I inc. Περὶ νόμου φυσικοῦ, ἐθνικοῦ καὶ πολιτικοῦ. — F. 225 sequitur appendix de Donationum causis.

Leonis Philosophi imp. epitome legum (seu compendium Iuris utriusque), XLII titulis comprehensa f. 235. — Primus titulus inc. Νόμος ἐστὶ κοινὸν παράγγελμα. Ultimus (μβ') inscribitur περὶ ποινῶν, et exit in verba κατὰ δὲ τὴν μερίδα τοῦ ἐν τῷ πολέμῳ.

Michaëlis Pselli Synopsis Iuris, iambis politicis conscripta, ad Imp. Michaëlem Ducam. Inc. Πολὺ καὶ δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου f. 316.

Περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν, seu de Actionibus in res privatas. Inc. Ἐν τῷ διαπέμπεσθαι βιβλίον, ἀνάγκη ὁρίζεσθαι τὴν ἀγωγήν f. 331.

20. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 226; initio mutilus, et alicubi exustus.

Evangelium Lucae, cum expositione veterum Patrum, et scholiis in margine permultis, quae tamen a f. 34 ad finem usque omittuntur. Incipit Evangelium a versu 13 cap. I. — Patres interpretes sunt, cum alii, tum Anastasius, Anastasius presbyter, Amphilochius, Apollinaris, Arsenius, Asterius, Athanasius, Basilius, Caesarius Gregorii Naz. frater, Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Eulogius ep. Alexandrinus, Eusebius, Gregorii Thaumaturgus Nazianzenus Nyssenus, Io. Chrysostomus, Io. Damascenus, Irenaeus, Isidorus, Iunius, Maximus, Methodius, Methodius Patarensis episcopus, Modestus Hierosolymitanus episcopus, Nilus, Origenes, Photius, Severus, Theodoretus, Theodorus Mopsuestenus, Titus, Titus Bostrensis episcopus, Victor.

21. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 329.

(Ioannis) Zonarae monachi, olim magni Vigilum Drungarii et Primi a Secretis, commentarii in canones Apostolorum f. 4, conciliorum f. 25, et in canonicas SS. PP. epistolas f. 244 v. ubi et SS. Gregorii Nazianz. et Amphilochii expositio metrica in libros V. ac N. Testamenti f. 326. — Responsa canonica ad monachos extra urbis (CPolis) muros degentes etc. f. 328 v.

Codici praemissus index, manu recentiore.

22. Bombyc. in f. saec. XIV-XV, exceptis prioribus foliis 1-13 chartaceis saec. XVI, fol. 211.

Aphthonii Progymnasmata, cum commentario in margine et glossis inter lineas. Comm. inc. Τὴν ῥητορικὴν διαφόρως τινὲς ὡρίσαντο f. 1.

HERMOGENIS Ars rhetorica, cum scholiis et glossis:

I. De Statibus f. 13 v.

II. De Inventione libri IV, f. 42 v.

III. Περὶ ἰδεῶν, seu de Formis orationis, libri II, praeviis Prolegomenis, quae inc. Τὸν πολιτικὸν λόγον δεῖ καὶ τὸ δυνατὸν ἔχειν f. 100.

IV. De Methodo eloquentiae; scholia alicubi nonnusquam rariora, f. 198.

23. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 298. — De celebri codice Anthologiae Cephalae, cuius pars maior, eodem hoc numero 23 signata, Heidelbergae reddita est, pars minor (olim n. 33) Parisiis nunc adservatur, utraque Sylburgio ignota, confer n. 33.

ARISTOTELIS Rhetoricorum libri III, praevio duplici indice, uno recentiore, altero calligraphi manu, f. 2.

Sententiarum ecloga ex Democrito, Epicteto, aliisque philosophis, poetis et rhetoribus. Apophthegmata pleraque litterarum ordine digesta. Inc. Ἀρχέσθω ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγος f. 30.

De Pedibus metricis et logographicis (seu oratoriis); prologus inc. Ὁ ποῦς ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν f. 33:

I. De metro heroico. Inc. Τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον ἑξάμετρόν ἐστι f. 33 v.

II. De novem versuum formis. Inc. Ἰσόχρονον τὸ τὰ μεγέθη f. 34.

III. De metro iambico. Inc. Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον ἐστὶ μέν f. 34.

IV. De anacreonteis, de barbarismo et soloecismo. Inc. Τῶν ἀνακρεοντείων ἐπιδέχονται οἱ οἶκοι f. 34.

V. Περὶ στιγμῆς. Inc. Στιγμὴ τίθεται ὅτε f. 34 v.

VI. De metris rhetoricis. Inc. Ὅτι τὰ φυσικὰ μέτρα ἤτοι πόδες f. 34 v. — Constat haec pars capitibus decem, quae inscribuntur: De pedum gravitate, asperitate, vigore, circumductione, venustate etc. ultimum: Περὶ ποδῶν δεινότητος.

MAXIMI (Alexandrini Sophistae) de Insolubilibus antithesibus, seu oppositionibus. Inc. Αἱ ἄλυτοι ἀντιθέσεις ὅτι μὲν οὐκ ἐπιδέχονται f. 37. — Exit integer libellus in caput de Epilogicis oppositionibus.

Methodus προσφωνητικῶν λόγων. Inc. Ἡ νῦν χρεία τοὺς προσφωνητικοὺς ἐξεύρηκεν f. 40.

APHTHONII Sophistae Progymnasmata f. 44. — Praeeunt I. Index f. 40 v.: II. Prolegomena, quae inc. Τί ἐστι ῥήτωρ; ἀνὴρ πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιστήμων f. 42 v.

(In Hermogenis librum) de Statibus Prolegomena. Inc. Πολλοὶ πολλὰς τοῦ παρόντος βιβλίου τὰς ἀρχὰς ἐποιήσαντο f. 64 v. — V. alia Prolegg. infra.

TROÏLI Sophistae in Hermogenis Artem rhetoricam Prolegomena. Inc. Ἐπειδὴ σὺν Θεῷ τῆς ῥητορικῆς f. 68.

PHOEBAM(M)ONIS Sophistae liber de Figuris rhetoricis. Inc. Ὅτι χρήσιμός ἐστιν περὶ τούτων γνῶσις f. 69 v.

HERMOGENIS Ars rhetorica:

I. De Statibus f. 73, cum comment. et binis Prolegomenis, quorum unum inc. Εἰ καὶ δόξαν ἄν τινι παράδοξον f. 71, alterum, Τὴν ῥητορικὴν τέχνην ἄλλοι ἄλλως ὡρίσαντο f. 72 v.

II. De Inventione libri IV, cum commentario et Prolegomenis. Comment. inc. Προοίμιόν ἐστι λόγος παρασκευάζων τὸν ἀκροατήν f. 150 v. — Prolegomena inc. Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ πράγματος f. 277.

III. De Ideis (seu Formis oratoriis), libri II, cum comment. Comm. inc. Ἰδέα ἐστὶ ποιότης λόγου f. 196.

IV. De Eloquentiae methodo, cum scholiis; dicitur in cod. liber tertius operis de Ideis, f. 268 v.

Anonymi (cod. ἀνεπιγράφως) tractatus de Antinomia, seu legum pugnantia. Inc. Αὐτὸ τὸ ὄνομα δείκνυσιν f. 145 v. — De Syllogismo. Inc. Ἐζήτηται διατί εὑρίσκομεν f. 145 v. — De eodem. Inc. Ὁ συλλογισμὸς διαιρεῖται f. 146.

GEORGII (scholia) in Antinomiam. Inc. Εἰ (cod. ἡ) μετὰ τὸ ῥητὸν καὶ διάνοιαν μέτεισιν ὁ τεχνικός f. 144.

Eiusdem in Syllogismum. Inc. Μετὰ τὴν ἀντονομίαν μέτεισιν f. 147 v.

Eiusdem in Ambiguitatem. Inc. Εἰρηκὼς ἡμῖν ὁ τεχνικός f. 149 v.

THEOPHRASTI Characteres XV (priores) f. 286. Cap. I de Ironia, XV de Arrogantia.

De Figuris oratoriis. Inc. Πολλὴν περὶ σχημάτων ποιησάμενοι f. 288 v.

Clauditur codex: — I. Scholio, initio mutilo, in Homeri Iliadem (II. 350). Inc. Εἴπομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δόξαν τὴν τῶν πρὸ ἡμῶν f. 298: — II. possessoris anonymi prolixa subscriptione. Inc. Τοῦτο τὸ βιβλίον τὸ τῆς ῥητορικῆς μετὰ τῶν ἐξηγημένων αὐτῆς σχημάτων etc. Utrumque saec. XVI.

24. Membr. in 4, a Georgio Anagnosta, seu Lectore, a. Chr. 1144 eleganter exaratus, fol. 298. — Primo folio insunt:

I. Fragmentum lacerum, lectu difficile ob litteras plurimas vetustate consumptas, sententias continens SS. PP.

II. Index in s. Io. Chrysostomi homilias, fine mutilus.

III. Initium homiliae s. Io. Chrysostomi in s. Pascha.

S. GREGORII NAZ. orationes VIII, cum brevi paraphrasi Nicetae, Heracleae Metropolitae et Serrarum episcopi:

Orat. I. in s. Pascha et in Tarditatem f. 3.
II. in s. Pascha f. 14.
III. in Novam Dominicam (seu s. Thomae) f. 102 v.
IV. in Pentecosten f. 126.
V. in Verba, seu in Iulianum exaequatorem, f. 163 v.
VI. in Theophania f. 181.
VII. in Basilium Magnum, oratio funebris, f. 206 v.
VIII. in s. Lumina f. 263 v.

S. Ioannis Damasceni oratio: Quomodo colendae sint sanctae venerabilesque imagines, qualisque honor illis tribuendus f. 290 v. — Ultima folia madore deturpata.

Subscriptio librarii ad calcem codicis, metro iambico: ἡδὺ μέν ἐστι τοῖς ξένοις τὰ ἐν οἴκῳ· ἐμοὶ δὲ ἡδύτερον τῷ γεγραφότι· καὶ πληρώσαντι τὴν θείαν ταύτην δέλτον· ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ θείου παντευγενοῦς· κυροῦ λέοντος τοῦ τῶν ἀρχόντων κλέους· τοῦ πανευσεβοῦς καὶ θεοφιλεστάτου· χριστομιμήτου καὶ πανσυμποθητάτου· διψῶν γὰρ αὐτὸς χρυσορείθρων ναμάτων· τῆς ὑπερτίμου καὶ θεοφθόγγου γλώττης· τοῦ σοφωτάτου τῶν σοφῶν διδασκάλου· γρηγορίου λέγω δὴ τοῦ θεολόγου· δέδωκεν ἐμοὶ τῷ οἰκτρῷ γεωργίῳ· τῷ ἀναγνώστει (sic) καὶ ἑαυτοῦ τε δούλῳ· πᾶσαν τὴν ἔξοδον τῶν τε χαρτίων· μετὰ τοῦ γραβάτου (sic post correctionem) καὶ τοῦ μελάνου (sic)· ἐγὼ δὲ πεπλήρωκα τὴν δέλτον ταύτην· μηνὶ ματῳ ἰνδικτιώνης (sic) ἕκτης· τοῦ ἔτους ἑξὰς ἕξα.... καὶ πεντήντα (sic pro πεντήκοντα)· συναριθμούσης καὶ τῆς λοιπῆς δυάδος. ἀ.... δὴ λοιπὸν κορωνὶς τῶν ἀρχόντων· συνᾶμα (sic) ἐμοὶ τῷ οἰκτρῷ.

25. Membr. in f. saec. X exeuntis, fol. 296. Sunt et aliquot folia minutioribus scripta litteris saec. XIII.

S. Gregorii Nazianzeni homiliae et epistolae:

I. Post reditum e Ponto: Qualem esse oporteat Episcopum; cum scholiis in margine, quibus carent ceterae orationes, f. 1.

II. Ad eos, qui ab initio presbyterum vocarant, nec in concionem venerunt, f. 38.

III. In Caesarium fratrem, oratio funebris, f. 40 v.

IV. In Gorgoniam sororem, oratio funebris, f. 53 v.

V. In Gregorium patrem, oratio funebris, praesente Basilio, f. 63 v.

VI. In seipsum et in patrem suum, cum ei Nazianzenae Ecclesiae curam committeret, f. 86.

VII. In se, in patrem et in Basilium Magnum f. 87.

VIII. De dogmate et creatione Episcoporum f. 88.

IX. In seipsum, et in eos qui CPolitanam sedem ab ipso affectari dicebant f. 90.

X. In Heronem philosophum et martyrem f. 92 v.

XI. Ad praepositos anxios et principem irascentem f. 97.

XII. In Doarensium electionem, homilia data Eulalio Episcopo, f. 102 v.

(Anonymi Scholia in) Hermogenis (librum) Περὶ μεθόδου δεινότητος, seu de Eloquentiae methodo; fine mutila. Inc. Ἰστέον ὅτι τοῦτό ἐστιν ἐπὶ τῆς ἐννοίας ἡ μέθοδος f. 74.

316. Chart. in 8, saec. XV exeuntis, varia manu indiligenter scriptus. fol. 186.

Arsenii, Monembasiensis Episcopi, ad Summum Pontificem Paulum III epistola, (qua eidem, praeter alia, dono dat Scholia in VII Euripidis tragoedias, ex antiquis exemplaribus Cretensibus, Venetis et Florentinis a se diligenter collecta). Inc. Εἰ καὶ πρὶν περιττῶς, μακαριώτατε Πάτερ, τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος ἐξευτελίζων καὶ ταλανίζων ἐτύγχανον f. 1. Idiographa, ut videtur, epistola, titubanter et incomposite scripta, ut sunt auctorum σχεδιάσματα. — Clauditur eiusdem carmine iambico quod inc. Ἤδη μὲν αὐτὸς πρίν σε λαχεῖν τοῦ θρόνου. Carmen demum excipit ipsa inscriptio: Τῷ μακαριωτάτῳ καὶ παναγιωτάτῳ Πατρί etc.

Ioannis Tzetzae grammatici Allegoria (sic) in Homeri Odysseam (versibus politicis). Inc. Κῦρος μὲν πρὸς τὸν ποταμὸν Γύνδην τῆς Βαβυλῶνος f. 8. — Sequuntur (eiusdem, eodem metro): I. Argumentum totius Odysseae ἐν συντόμῳ. Inc. Μετὰ τὴν Τροίας πόρθησιν τὸ στράτευμα Ἑλλήνων f. 9. — II. Argumenta priorum Odysseae XIII librorum f. 9 v.-56 v. fine mutila. Des. αὐτὸς αὐτῷ ὁ Ὀδυσσεὺς νῷ τῷ οἰκείῳ λέγει.

Eiusdem in Iliadem Allegoria, Irenae inscripta τῇ κραταιοτάτῃ βασιλίσσῃ καὶ ὁμηρικωτάτῃ κυριακῇ (sic) τῇ ἐξ Ἀλαμανῶν. Incipit prooemium valde prolixum, versibus politicis: Ἐπεί, φαιδρὰ πανσέληνε σελήνη σελασφόρε f. 60. — Excipiunt allegoriam Argumenta (eiusdem, eodem metro), librorum XX Iliadis f. 91-184 v. Ultimum, fine mutilum, des. ἀλλ' ἀνελθόντα τοῖς λοιποῖς καὶ μέσον ἱδρυθέντα. Praeter finem huius libri υ, desunt φ, χ, ψ, ω integri.

317. Membr. in folio quadrato, bina manu saec. X-XI, exceptis foliis 136-140 bombycinis saec. XIII, ex alio codice in nostrum

insertis; fol. 158, quorum plura aevi iniuria obliterata, nonnulla et lacera. Pluribus foliis a fronte mutilatus codex, ut ex serie numerorum, quibus scripta eiusdem in margine signantur, apertum est.

(Menologium):

(S. Theodori τοῦ στρατηλάτου Martyrium), initio mutilum. Inc.... διότι καὶ παμπληθῶς ἀγάλλεται f. 1.

S. Io. Chrysostomi sermo in Ioannis Praecursoris Natalem f. 3.

S. Febroniae Vita et Martyrium. Inc. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Διοκλητιανοῦ f. 7 v.

S. Io. Chrysostomi Encomium in SS. App. Petrum et Paulum f. 17 v.

Acta Apostolorum Petri et Pauli, eorumque Romae sub scelestissimo Nerone martyrium. Inc. Ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον Παῦλον f. 19 v. Desunt nonnulla, folio uno avulso.

Petri, Argivorum Episcopi, in gloriosos Thaumaturgos SS. Cosmam et Damianum Encomium. Inc. Ἀστέρες μὲν αἰσθητοὶ τῷ στερεώματι προδεικνύμενοι f. 28.

S. Virginis Deiparae vestis (μαφόριον) quomodo inventa, et in sancto loculo Blachernarum (CPolis) deposita fuerit. Inc. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Λέοντος καὶ Βερονίκης f. 36 v.

S. Cyriacae Martyrium. Inc. Κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλευόντων ἀθέων καὶ παρανόμων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιλιανοῦ f. 39.

Procopii, diaconi et chartophylacis, Encomium in Procopium magnum martyrem. Inc. Ὡς μεγάλα τοῦ Λόγου τῆς ἐν γῇ παρουσίας τὰ κατορθώματα f. 44 v.

SS. Cyri et Iulittae Martyrium. Inc. Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ καὶ συνεπισκόπῳ Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος ἐν Χριστῷ χαίρειν. Ἐπειδήπερ τῷ καλῷ σπέρματι εἴωθεν f. 49 v.

S. Marinae martyrii descriptio. Inc. Παρθενικῶν ἀγώνων οὐδὲν τιμιώτερον f. 51 v.

S. Io. Chrysostomi in Petrum et Eliam sermo. Inc. Οἱ λόγοι ἡμῖν σήμερον παραγενόμενοι f. 65 v.

S. Panteleemonis Martyrium. Inc. Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ παρανόμου Μαξιμιανοῦ f. 72 v.

Petri, Argivorum Episcopi, in S. Annam Encomium. Inc. Τῶν τῆς μεγάλης Ἄννης μέλλων f. 81.

S. Gregorii Theologi in SS. Maccabaeos Encomium. Inc. Τί δὲ οἱ Μακκαβαῖοι f. 85. — A folio 90 ad f. 135 alia manus, litteris minutioribus, eiusdem aetatis:

S. Io. Chrysostomi in Archangelorum synaxin sermo f. 90 v.

S. Stephani protomartyris reliquiarum reditus. Inc. Ἐγένετο τὸ εἰσκομισθῆναι τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Στεφάνου f. 92.

Beati Ephraemi in Christi Transfigurationem sermo. Inc. Ἐκ τῆς χώρας θέρους χαρμοναί f. 95.

S. Andreae Hierosolymitani, Cretensis archiepiscopi, in sanctam (Christi) Transfigurationem sermo. Inc. Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ Λόγου f. 99.

S. Eupli Martyrium. Inc. Ἐν τοῖς καιροῖς Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ f. 107 v.

S. Andreae Hierosolymitani, Cretensis archiepiscopi, in S. Deiparae dormitionem sermones duo: I inc. Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις f. 109 v. — II inc. Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου f. 115.

S. Germani, archiepiscopi CPolitani, in Deiparae dormitionem sermo. Inc. Φήμη καλὴ καὶ ἀγαθὴ λιπαίνει κατὰ τὸ γεγραμμένον ὀστᾶ f. 121.

S. Andreae Hierosolymitani etc. in S. Ioannis Praecursoris capitis abscissionem sermo, fine mutilus. Inc. Πηδᾷ (cod. imper. πήδα) καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά f. 125 v. — Sequuntur folia quinque, 136-140, bombycina, in quibus insunt: I. Lectiones tres in Officio defunctorum recitandae, (e lectionario desumptae, quod graecis Ἀπόστολος nuncupatur) f. 136, — II. Xenophontis, Ioannisque et Arcadii filiorum eius vita. Inc. Διηγήσατό τις γέρων μέγας f. 136 v. — III. Τὰ προκείμενα τῶν ὀκτὼ ἤχων, (i. e. versiculi psalmorum qui ante lectionem Evangelii seu Epistolae secundum octo Graecorum tonos a sacerdote cantantur). Inc. Ἦχος α̅. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν f. 140 v. — IV. Τὰ ἀλληλουιάρια τῶν ὀκτὼ ἤχων. Inc. Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοί f. 140 v.

S. Tryphonis Martyrium. Inc. Ἔτους διακοσιοστοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου τῆς βασιλείας Αὐγούστου f. 141.

S. Amphilochii, Iconiensis Episcopi, sermo in Occursum (ὑπαπαντήν) Domini, Annamque et iustum Simeonem. Inc. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων f. 146.

S. Methodii, Patarensis Episcopi et martyris, sermo in idem festum, fine mutilus. Inc. Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἴονται, διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας f. 150. — Folio 151 calamo adumbrata Beatae Virginis imago sedentis, cum puerulo Iesu in gremio.

318. Membr. in f. saec. X, fol. 133, initio medio ac fine mutilus.

(S. Maximi Confessoris centuria VII[a], initio mutila). Inc. . . . μὴ νόμιζε κεχωρίσθαι τῆς πρὸς τὴν σάρκα σχέσεως f. 1.

Eiusdem Sermo asceticus, per interrogationem et responsionem. Inc. Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα λέγων· παρακαλῶ σε εἰπεῖν, πάτερ f. 5.

S. Anastasii, monachi (Sinaitae), Ecloga Sacrae Scripturae divinitus afflatae in compendium redacta (ἐπίτομος), seu Parallela. Sic codex. Quaestiones, alio quam in edd. ordine dispositae, sunt I, VII-XLIV. Prima: Τί ἐστιν χριστιανός; πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ f. 27. VII. Καλὸν ἄρα τὸ κοινωνεῖν συνεχῶς, ἢ ἐκ διαλείμματος; f. 33. Ultima: Τίς ἡ ὀφθεῖσα εἰκὼν

τῷ Ναβουχοδονόσορ; f. 133 v. Fine mutila, immo pauca ex principio. Patres, quos excitat Anastasius, brevitatis studio, recensere omittimus; videsis *Patr. Gr.* ed. Migne T. LXXXIX, p. 850.

319. Chart. in 4, varia manu saec. XV-XVI, fol. 395, quorum f. 95-117 descripsit a. Chr. 1489 sacerdos Georgius Gregoropulus (v. f. 114 v.). Farragine constat quaternionum, qui olim disiecti, ne disperderentur, in unum corpus optimo consilio coacti fuere. Inerat et libelli de Spiritu Sancto fragmentum, quod de industria sustulit Sylburgius, inter eiusdem generis reliquias in alium codicem reponendum. Qua de re sua ipsius manu monet lectores, addita adnotatiuncula ad indicem graecum, quem videre est in fronte codicis in scheda caerulea scriptum. Eiusmodi schedae singulis quaternionibus interpositae sunt.

Sapientum Sententiae et Apophthegmata κατ' ἐκλογήν, ordine litterarum digesta. Inc. Ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα ἐν ἀνθρώποις f. 1. — Litterae initiales, minio describendae, omissae sunt omnes hic et infra.

Flosculi sententiosi (cod. Ὡραῖα καὶ γνωμικά) ex Euripide, Sophocle, Aristophane. Inc. Σοφόν τι κἂν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν f. 16, 19 v. 22 v.

Aesopi Fabulae (sic nude codex). Sunt autem Aesopicae fabulae XXXIII, ab Ignatio Magistro in totidem tetrasticha iambica digestae. Singulis suum praefigitur ἐπιμύθιον, pedestri scriptum sermone. Prima incipit: Ἐπ' ἀρετῇ οὐ δεῖ ἐπαίρεσθαι. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων f. 23. Ultima: Ἃ παραινεῖ τις ποιείτω. Ὀρθῶς βαδίζειν εἶπε καρκῖνος τέκνῳ. — Sequuntur folia 26 v.-28 vacua.

Danielis prophetae Onirocritica, in litterarum ordinem digesta. Iotacismis scatent. Inc. Ἀνδριάντας ἡδεῖν (l. ἰδεῖν), φίλου; καὶ ἠγαπημένου; σημαίνη (sic) f. 31.

Ecloga Onirocritae (cod. τοῦ ὀνυροκρίτου) per singulos dies (et horas). Inc. Κυριακῇ ἐὰν ὅραμα ἴδῃς, εἰς χαρὰν μεταβήσεται f. 48.

Aristophanis Fabulae IV, mutilae, praevia Vita poetae et cum Argumentis. Vita (auctore Thoma Magistro) inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος f. 53:

I. (Plutus) f. 54 v. — Inter fol. 60 et 61 desunt duo quaterniones. Clauditur quippe f. 60 versu 285, dum f. 61 incipit a v. 594 (ed. G. Dindorf). Mutila etiam fine fabula exit in prima verba versus 961.

II. (Ranae): supersunt tantum versus 703-1195, f. 69.

III. (Equites): v. 640-1205, f. 79.

IV. (Nubes): v. 823-1106, f. 87. — Hanc fabulam excipiebat olim fragmentum de quo in principio diximus.

Pindari Olympiorum fragmenta, cum rarissimis glossis minio descriptis. Ordinem Odarum in codice valde turbatum restituimus:

Ode I. Incipit ab ultimo versu Epodi α′ f. 101.

II. Integra, cum glossis latinis passim, f. 104. — Folio 100 fragmentum eiusdem, quod incipit ab antistropha ε′. et quidem a verbis Ἀκράγαντι τανύσαις.

III. Exit in antistropham γ′, imperfectam, f. 107 v. — Folio 100 eadem Ode usque ad stropham β′.

VI. Incipit a stropha γ′, et ipsa initio mutila, f. 95. — Folio 99 pars eiusdem odae, ab Epodo δ′ ad Epodum ε′, extremis duobus versibus mutilum.

VII. Exit in antistropham γ′, ultimo versu mutilam, f. 97.

IX. Incipit a stropha β′, paucis ab initio mutila, f. 109.

XI. (Τὸν Ὀλυμπιονίκαν), usque ad Epodum γ′ imperfectum, f. 112.

XIII. Inc. ab antistr. δ′ imperfecta f. 113.

XIV. Integra f. 114. — In clausula subscriptio librarii, cui, praeter folia 95-114, etiam sequentia usque ad f. 117 debentur: θ(ε)οῦ διδόντ(ος) γεώργιος ἱερ(εὺς) ὁ τοῦ γρηγοροπούλου, ἐξέγραψεν ,α υ π θ ὀκτωβρίῳ ε.

Theocriti Syrinx, praevio commentariolo, ab illo Ioannis Pediasimi prorsus diverso, qui in duas dividitur partes. Prior brevis in metris describendis versatur, et incipit: Τὸ ἐπιγραμμάτιον ἡ σύριγξ Θεοκρίτου συνέστηκεν ἐκ μέτρων f. 115. Altera, ipsum commentarium complectens, inc. Τὸ ἐπιγραμμάτιον εἰς Πᾶνα ἐπιγραφὲν σύριγγι διὰ τὸ σχῆμα τῆς γραφῆς f. 115. Commentarium excipit ipsum poemation, cum glossis rubris inter lineas. — Sequuntur f. 117 v.-120 sine scriptura.

Aeschyli Tragoediae II mutilae:

I. (Prometheus Vinctus), initio mutila. Inc. Χρῄζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι (v. 285 *ed. G. Herm.*), f. 121.

II. (Septem ad Thebas), fine mutila, f. 130 v. Des. θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς (v. 606). Praeit argumentum, quod inc. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος.

Euripidis Tragoediae II imperfectae:

I. (Hecuba), medio mutila, f. 147. Scilicet inter f. 162 et 163 deest quaternio. Folium 162 des. τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη (v. 756 *ed. G. Dind.*); fol. 163 inc. Σοί τε καὶ τέκνοισιν (v. 1119).

II. (Orestes), medio ac fine mutila, f. 167. Praeit argumentum quod inc. Ὀρέστης τὸν φόνον τοῦ πατρός. Inter f. 170 et 171 desunt duo quaterniones. Folium 170 des. ἐμοί τε καὶ σοί (v. 120). Sequens inc. Εὐμενίσι θήραμα φόνῳ (v. 836). Tragoedia des. ἀρκέσω δ' ἐγὼ λέγων (v. 1592).

Sophoclis Tragoediae III, quarum tertia tantum integra:

I. (Oedipus Tyrannus), primo quaternione mutilata. Inc. Πῶς οὐχ ὅθ' ἡ ῥαψῳδός (v. 391). — Fol. 212 vacuum.

II. Aiax, medio mutila, f. 213. Inter f. 220 et 221 deest quaternio.

Folium 220 clauditur verbis τοῖς (sic) δ' ὁμοῦ πέλας (v. 405). F. 221 inc. Αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρόν (v. 825).

III. (Electra), integra, praevio argumento quod inc. Ὑπόκειται ὧδε τροφεύς f. 229.

(Dionysii Periegetae Orbis terrarum descriptio) f. 261. — Sequuntur media pag. folii 283 v. et integrum folium 284 sine scriptura.

In Hesiodi Theogoniam commentarii duo, cum lemmatis in margine. Prior litteris rubris inscribitur: Ὁ τῆς θεογονίας λόγος φυσικὴν διήγησιν τῶν ὄντων ὑπαγορεύει. Inc. Μουσάων· ἀπὸ τῶν μουσῶν τὴν ἀρχὴν ποιούμεθα f. 285. Alter inscribitur: Ἐξήγησις τῆς Ἡσιόδου θεογονίας. Inc. Μουσάων Ἑλικωνιάδων· μούσας τὰς λογικὰς τέχνας φησί f. 309.

Orphei, praestantissimi poetae, (poema) de Lapidibus, cum scholiis aliquot in margine rubris litteris, paene obliteratis f. 333.

Coluthi Lycopolitae, poetae epici, (poemation) de Raptu Helenae, praevia poetae vita ex Suida, quae inc. Κόλουθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιὸς γεγονώς f. 351 v. — Sequuntur folia 339 v. (med. pag.) - f. 360 sine scriptura.

(Maximi Planudis) in Rhetoricam prolegomena, cum lemmatis in margine. Inc. Τὴν ῥητορικὴν διαφόρως τινὲς ὡρίσαντο f. 361. F. 364 v. med. usque ad f. 366 sine scriptura. — Sequuntur, folio 367, alia ad rhetoricam etiam spectantia. Inc. Πλάτων ἐπισημότατος ἐν φιλοσοφίᾳ γενόμενος. — Folium 369 v. paucis exceptis, et totum 370 sine scriptura.

Procli Sphaera. Inc. Ἄξων καλεῖται τοῦ κόσμου ἡ διάμετρος f. 371. — Sequitur f. 382 (quinque versibus exceptis) et f. 383 r. sine scriptura. — Folio 383 v. inest fragmentum indicis rerum medicarum, transverse scriptum. Inc. Περὶ ἐμβροχῆς. Des. ἄλειμμα ἰσχυρόν.

(Ciceronis Somnium Scipionis, interprete Maximo Planude). Inc. Ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην f. 386. — F. 392 v.-393 sine scriptura. — Maximi Planudis integram versionem sequitur fragmentum eiusdem Scipionis Somnii, initio ac fine mutilum. Inc. . . . . οὗτοι ἀριθμοὶ ὧν ἑκάτερος πλήρης f. 394. Des. ἐν τῇ ψυχῇ μένουσιν ἐπὶ πλέον· τὰς μὲν γάρ . . .

320. Chart. in 8, saec. XV, fol. 59.

Agapeti, sanctissimae Dei Ecclesiae in minimis Diaconi, ad Imp. Iustinianum Expositio capitum paraeneticorum, quorum acrostichis sic fere (ὧδέ πως) se habet: Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος διάκονος. Cum paraphrasi, rubris scripta litteris inter lineas, et analysi grammatica. Liber inc. Τιμῇ ἁπάσῃ ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα f. 2. Analysis inc. Ὑπέρτερον λέγεται τὸ κρεῖττον καὶ ἐστὶν ὄνομα συγκριτικόν f. 2. Paraphrasis inc. Καὶ ὅλης καὶ κρεῖττον f. 2.

(Theotokia VIII, iambico metro,) cum glossis inter lineas minio descriptis, et analysi grammatica. — Theotokion primum inc. Ὥσπερ προεῖπε

πρὸ χρόνων Ἡσαΐας f. 41. Postremum inc. Τί τοῦτο καὶ πῶς; ἀγνοῶ γὰρ τὸν τρόπον f. 53. — Sequentia folia 54-55 sine scriptura.

Georgii Choerobosci (tractatulus) de Tropis. Inc. Ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν κζ f. 56. Primus tropus: Allegoria; ultimus: Hysterologia. Troporum catalogum excipit singulorum explicatio. Inc. Ἀλληγορία μέν ἐστιν λέξις ἕτερόν τι λέγουσα καὶ ἑτέρου ἔννοιαν παριστῶσα.

(Carmen iambicum de Verbo Dei). Inc. (Ὁ) δημιουργὸς τῶν ὅλων Θεοῦ Λόγος f. 59 v. Des. ὧν ἡ φύσις δέδωκε τῶν βροτῶν γένει. — Sequitur, alia manu scriptum, scholium rhetoricum, quo clauditur codex. Inc. Σημείωσαι ὅτι ἄλλο περίφρασις, καὶ ἄλλο ἀντίφρασις.

321. Chart. in 4, saec. XV, fol. 47.

Aristophanis (Plutus). Inscribitur: Ἀριστοφάνους κωμῳδοποιοῦ δρᾶμα πρῶτον. Praefiguntur dramatis personae.

322. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 15.

(De Constantinopoli vaticinia diversa, et quaedam de Romano imperio). In quatuor prioribus vaticiniis, interpretatio siglarum, quibus scripta olim reperta fuerunt, siglis ipsis minio descriptis subiicitur. Primum, « quod ferunt nonnulli in sepulcro Constantini M. inventum fuisse, et a Patriarcha (Michaële) Cerulario? interpretatum », sic incipit:

τ α̅ τι ηβ τιμη

τῇ πρώτῃ τῆς ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσμαήλ f. 1. Ultimum, iambico metro, inc. Φθόνος φθάσας γὰρ προκρίνει σοι τὴν βλάβην.

323. Membr. in 4, saec. XV, fol. 91. Olim Iannotii Manetti. Agnoscitur manus Ioannis Scutariotae. — Folio praevio primo, pariter membranaceo, citantur Ciceronis verba de Aristotele, in libro primo de Divinatione: « *Quid singularis vir ingenio prorsus divino* » etc.

Aristotelis Eudemiorum Ethicorum libri VIII, omissa capitum distinctione. — Series librorum per litteras, non per numeros significatur. Inde ζ pro ς', η pro ζ', θ pro η'.

324. Chart. in 4, fol. 153. Codex duabus constat partibus, quarum prior (f. 1-98) saec. XV, elegantiore descripta manu; posterior latina rudiore saec. XVI. In parte priore numeri quaternionum in ima pagina sua quisque sede accurate signati sunt.

Aristophanis fabulae II, praeviis poetae vita et argumentis. Vita (auctore Thoma Magistro) inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς γένος μὲν ἦν

Ἀθηναῖος f. 1. Clauditur Vita noto epigrammate: Αἱ χάριτες τέμενος αὐταῖς, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται, || ζητοῦσαι ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

I. Plutus. Argum. inc. Βουλόμενος Ἀριστοφάνης σκῶψαι f. 3.

II. Nubes. Praefiguntur: I. Synopsis (Thomae Magistri), quae inc. Ἄνυτος καὶ Μέλητος Σωκράτει τῷ Σωφρονίσκου f. 46 v. — II. Nonnulla de metris eiusdem fabulae. Inc. Ἡ ἔκθεσις τοῦ δράματος ἄρχεται ἐκ συστηματικῆς περιόδου f. 47. Ex ultimis verbis patet utramque fabulam excipisse olim Thomae Magistri scholia, quae in codice nunc desiderantur: ἐπὶ τέλει δὲ πάντων τῶν στίχων κορωνὶς τοῦ αὐτοῦ Μαγίστρου σχόλια, — III. Argumentum breve, quod inc. Δυσφορῶν ὁ Στρεψιάδης ὑπὸ τῆς χρεῶν φροντίδος f. 47 v. — In fine crux adumbratur, bipartitis in utrumque latus verbis Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ.

Manuelis Chrysolorae Byzantini in Grammaticam Isagoge f. 103. Foliis, quae Erotemata haec antecedunt, nonnulla insunt, praeter alia nullius momenti, de vario sensu adverbii ὡς, et de verborum temporibus, quorum nomina graeca latinis scripta sunt litteris f. 101. — In clausula codicis scripsit latina manus litteris graecis: « *Laborès generant virtutem* ».

325. Membr. in 4, saec. X ineuntis, fol. 164. Scriptura infra lineas. Primum codicis folium membr. numero 7 signatur. — Folio praevio chartaceo numerato 1 inest rerum tabula latine, manu Sylburgii.

(S. Io. Chrysostomi in primam Pauli ad Timotheum epistolam Homiliae I, II, V-VIII, XII-XVIII): — Integrae supersunt tantum V-VII, XII, XIV et XVI. Prima sex prioribus foliis caret. Inc. . . . . ἀναλίσκειν· πάππους καὶ προπάππους f. 7. Reliquae misere hiulcae in medio. Desunt nempe in II folia 12-19, in VIII f. 36-43, in XIII f. 59-62, in XV f. 67-68, in XVII f. 77-78 et in XVIII f. 85-86.

Alexandri monachi Encomium in S. Apost. Barnabam etc. in quo et de inventis eiusdem S. Barnabae reliquiis; in medio mutilum. Inc. Μεγίστην λόγων ὑπόθεσιν προσέθετο f. 82 v.

Beati Andreae Hierosolymitani, Archiep. Cretensis, in capitis abscissionem S. Io. Baptistae. Inc. Πηδᾷ καὶ γῆρας f. 96 v.

Georgii, Metropolitae Nicomedensis, in SS. Deiparae conceptionem Sermo, in quo et de XII tribubus Israëlis. Inc. Οὐρανὸς καὶ γῆ ταῖς τῆς (cod. οὐρανῶν ἡγῆται στῆς) χάριτος μαρμαρυγαῖς f. 108.

Eiusdem Sermo alter in idem festum. Inc. Ἡδεῖα μὲν ἡ τῆς παρούσης εὐφροσύνης προσηγορία f. 113 v.

(Sermo in Lazari resurrectionem), initio mutilus. Inc. . . . . θαυμάτων νιφάδες· θεραπείας πελάγη f. 116.

S. Io. Chrysostomi Sermo in sanctam diem quintam et in Lavacrum. Inc. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα f. 119.

S. Cyrilli, Archiepiscopi Alexandrini, Sermo in mysticam Coenam et in Lavacrum, in medio mutilus. Inc. Τί τερπνότερον καὶ τί ἡδύτερον f. 125 v.

Gregorii, presbyteri Caesareae in Cappadocia, encomium in Sanctos CCCXVIII PP. et piissimnm Imp. Constantinum, (ad Theophilum); fine mutilum. Inc. Πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις f. 130 v. Des. ὡς οἰκείους ἐτίμησε λειτουργούς...

(Martyrii S. Eustratii) fragmentum, initio ac fine mutilum. Inc.... καὶ κελεύεις. Πρότερον ἀρξώμεθα ἀπὸ Πλάτωνος· ὁ ἄρχων εἶπεν f. 138. Des. τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ προσενεχθήτωσαν...

(S. Aretae et sociorum eius Martyrii) fragmentum, initio ac fine mutilum. Inc.... τούτους ἀνεῖλεν· καὶ διωγμόν f. 150. Extrema pars deest ob folium scissum.

(Io. Chrysostomi Vitae) fragmentum, initio, medio fineque mutilum. Inc.... ἅμα τῷ μεγάλῳ προέδρῳ τῆς Πέτρου μεγαλωτάτης (sic) καθέδρας f. 157. Des. ἤτουν συνελθοῦσα σύνοδος...

326. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 17.

(Pelagii Patricii presbyteri, de Christi vita, morte et resurrectione Homero-centones), cum glossis aliquot rubris litteris inter lineas, et in margine lemmatis, passimque scholiolis. Praefigitur prooemium, argumenti instar, hexametris XXVIII constans, Eudociae sane adscribendum, quod inc. Βίβλος Πατρικίου θεοειδέος ἀρητῆρος f. 2. Incipit ibidem ipsum poema (sunt versus CCCLXXVII): (Κ)έκλυτε, μυρία φῦλα πολυσπορέων ἀνθρώπων Des. κεῖνος δ' ὡς ἀγόρευε· τάδε νῦν πάντα τελεῖται.

Eudociae Augustae (seu Athenaidis) Atheniensis (cod. τῆς ἐξ Ἀθηνῶν), Theodosii Iunioris coniugis, in eundem Homero-centonum librum Epigramma (versibus constans XXXVI). Inc. Ἥδε μὲν ἱστορίη θεοτερπέος ἐστὶν ἀοιδῆς, || Πατρίκιος δ' ὃς τήνδε σοφῶς ἀνεγράψατο βίβλον f. 15 v. Testatur se Eudocia, in medio epigrammate, paralipomena Patricii poematis supplevisse: Ὅσσα δὲ κεῖνος ἔλιπεν ἐγὼ πάλιν ἐν σελίδεσσι, || γράψα, καὶ ἁρμονίην ἱερὴν ἐπέεσσιν ἔδωκα. — Claudit demum codicem librarii hexameter: Χριστέ, δίδου πονέοντι τεὰν πολύολβον ἀρωγήν.

327. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 155.

S. Basilii Magni in Hexaëmeron homiliae I-III, V-IX, cum lemmatis et scholiis in margine. Inscriptionem in fronte rubris scriptam litteris charta penitus combibit. Legitur in margine superna, per integra folia, titulus: Περὶ κτίσεως κόσμου. — In tertia homilia, quae inscribitur: Περὶ τῶν πρώτων τῆς Γενέσεως (f. 22 v.) desunt duo fere quaterniones inter f. 24 et 25. — Quinta, initio mutila, inc.... μόνον ἐν τοῖς ἑτερογενέσιν

f. 26. — Octava, de Volucribus et aquaticis (f. 44), fine mutila, des. πνευματικὴν αἴσθησιν ἐῤῥωμένῳ, γλυκύτερα.... — Nonam (f. 53) sequitur folium vacuum (f. 63).

S. Gregorii Nysseni, de Hominis opificio, ad Petrum fratrem f. 64. Prooemium excipit capitum index. Inscriptionem in fronte positam fere integram combibit charta. Plura abhinc folia madore male habita, incolumi tamen plerumque scriptura.

Eiusdem liber, quo Basilii Magni Hexaëmeron tuetur f. 123. Fine mutilus; imo pauca ab initio. — Sequuntur folii 123 v. media pag. et f. 126 sine scriptura.

(Quaestiones Theologicae variae) f. 127. Prima pagina madore adeo corrupta, ut pleraque oculorum aciem fugiant.

Gregorii Nazianzeni in Annuntiationem oratio. Inc. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια f. 130.

(In Salutationem Angelicam oratio, Chrysostomo vulgo adscripta). Inc. Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάζομεν σήμερον f. 133 v.

(In festum Palmarum Homilia, Chrysostomo vulgo adscripta). Inc. Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ τὰ θαύματα f. 137 v.

(In Natalem Christi?). Inc. Ἵλεον Θεοῦ καὶ φιλανθρωπίαν κηρύττει (ood. - τη) μὲν ἡ κτίσις ἅπασα f. 137 v. Elegantissima oratio ἀδέσποτος, in medio adeo mutilata, ut supersint tantum caput et cauda.

(Patriarcharum CPolitanorum catalogus), initio mutilus. Inc. ιγ'. Βαβυλᾶς, ὁ ἐπὶ Δεκίου μαρτυρήσας f. 145. Des. ξα'. Ἀναστάσιος ἕτερος, ἔτη θ'.

Expositio de Connubiorum gradibus, quae licita sint, quae non. Constat capitibus VIII. Cap. I inc. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι γενικόν f. 146. Ultimum: Περὶ συγγενείας υἱοθεσίας. Inc. Ἔστι καὶ ἑτέρα συγγένεια διὰ θέσεως f. 153. Indigesta congeries, ex variis, ut videtur, auctoribus, quam in totidem capita distinximus, quot sunt inscriptiones.

328. Chart. in 16 quadrato, saec. XIV-XV, fol. 171. Ex hoc codice quin descripta fuerit pars prior codicis 302, nullus est qui, uno cum altero collato, dubitare possit. Nullo alio inter se differunt, quam quod, dum noster, utpote antiquior, inscriptiones omnes minio descriptas in prima fronte praebet, easdem codex 302 rubris scriptas litteris ita cum ipso operis contextu commiscet, ut minus attentum penitus fugiant. In utroque compendia eadem, eadem menda grammatica, omissa pariter in margine restituta, lacunae non paucae.

(Anonymi Antiquitates CPolitanae). Inc. Περὶ τῶν στηλῶν τοῦ Μαυρικίου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων. Ἐν γὰρ τῇ Χαλκῇ f. 1. In summa eiusdem folii pagina manus recentior adnotavit haec: Ὁ γράψας (qui scripsit, non qui descripsit ἐκγράψας) τὴν παροῦσαν βίβλον ἤκμασε

περὶ τῶν τπς (sic) ὑπὸ (l. ἐπὶ) Κωνσταντίνου Δούκου. Qui imperator quum a. 1059-1067 regnaverit, quid sibi velint numeri τπς non intelligitur. Anonymus libri auctor, fere in exitu, fusius de monasteriis intra et extra muros disserit, ubi et de celebri melodo Icasia, seu Casia, ἥτις καὶ κανόνας καὶ στιχερὰ (l. στιχηρὰ) ποιήσασα ἐν τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ f. 70 v.

Τὰ Πάτρια S. Sophiae (ubi de aliis aedificiis a Iustiniano exstructis). Inc. Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ f. 87.

Catalogus chronologicus Imperatorum a Iulio Caesare ad Constantinum Chlorum f. 120.

Catalogus Impp. Christianorum (CPolis a Constantino Magno ad Michaëlem Comnenum Palaeologum) f. 121 v. — Sequuntur, f. 126, nonnulla a superioribus et sequentibus prorsus aliena, quae de industria omisit cod. 302. Inc. Εἴρηται μὲν ἐν τῇ γραφῇ τῇ παλαιᾷ διττῶς ἡ ψυχή. Recensentur dein, ut in cod. 302, λάρνακες, seu urnae, quibus in templo S. Sophiae Principum et Augustarum corpora conduntur f. 127.

Catalogus Metropoleon et Archiepiscopatuum f. 131. — Sequitur, f. 132, alius fine mutilus, inscriptus: Τῶν ἀρχόντων τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας. Inc. Ὁ μέγας σακελάριος· ὁ μέγας σκευο(φύλαξ) .... nec plura, ut in cod. 302.

(Prooemium libri de Antiquitatibus CPolitanis). Inscriptionem praeposteram ex cod. 302 deprompsimus. Inc. Ἄνθρωπε, διψῶν ὑπὸ τῆς ἀπληστίας f. 133. Des. κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ. — Sequentia desunt omnia in cod. 302.

(De Temperamentis). Inc. Μὴ ἀπιστήσῃς τοῦτο· οὐδὲ γὰρ δύναται τὸ πῦρ χωρὶς ὕλης μεῖναι f. 136. Des. οἱ δὲ ξανθῆς χολῆς ὄντες.

De Sensibus. Inc. Αἰσθητήρια δέ ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πέντε f. 136 v.

Περὶ τροπῶν, (seu de quatuor anni temporibus). Inc. Τροπαὶ δὲ ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τέσσαρες f. 137 v.

De Pleiadum occasu. Inc. Ἀπὸ πλειάδων δύσεως χειμερινῶν ἡμέραι μ' f. 139 v.

De Aetatibus hominum. Inc. Ἰστέον ὡς Ἱπποκράτης ἑπτὰ ἡλικίας ἐπ' ἀνθρώπου τίθησιν f. 141.

(Collectanea de Computatione ecclesiastica et similibus, capp. XV). In totidem capita computationem distinximus, quot sunt in codice inscriptiones, quas omnes singulatim recensere supervacaneum est. Primum inscribitur: De Cyclo lunari. Inc. Ἰστέον ὅτι ἡ σελήνη ἔχει κύκλους ιθ' f. 142. Ultimum: Methodus cognoscendi quot horas luna per noctem fulgeat. Luna dicitur hic φέγγος, ut φεγγάρι apud recentiores. Inc. Χρὴ ἀπονέμειν τῇ ᾱ τοῦ φέγγους δ λεπτά f. 149.

S. Maximi, de XXX Denariis. Inc. Δεῖ εἰδέναι ὅτι περ λεπτὰ καλοῦνται ἀσάρια (l. ἀσσ.) f. 151. Des. ὡσαύτως τὸ δίδραχμον καὶ τὸ σίκλον ἐστὶν φόλεων (l. φόλλ.) εἴκοσι.

(De S. Trinitate, et de Christo, formula brevis fidei). Inscribitur: Περὶ θεολογίας. Inc. Ἐπὶ Θεοῦ λέγε ταῦτα· πατήρ, υἱὸς καὶ πνεῦμα ἅγιον, τρία πρόσωπα f. 151.

(Michaëlis Pselli) In XII Apostolos (dodecastichon iambicum). Singulorum apostolorum martyrium totidem monostichis describitur. Inc. Σταυροῖ Πέτρον κύμβαχον ἐν Ῥώμῃ Νέρων f. 152.

De mense Martio. Inc. Οὗτος ἀρχὴ μηνῶν, καὶ πρῶτος διαγορεύεται παρὰ τῷ θεσπεσίῳ Μωσεῖ f. 152 v.

Splenii philosophi (scriptum breve) de Generatione hominis. Inc. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον f. 154 v.

Prognosticum de Hieme. Inc. Λάβε φύλλα συκῆς τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλλίου (sic) μηνός f. 156.

(Qua ratione ova serventur). Inc. Περιποιοῦνται τὰ ὠά f. 156 v.

(Michaëlis Pselli) Interpretatio versiculi: Domine Iesu Christe, Deus noster, miserere nostri, amen. Inc. Παντὸς δογματικοῦ τε καὶ ἐνταλματικοῦ f. 157. Auctoris nomen suppeditaverunt codices Vat. 1119 et 1744.

De Divitiis et Paupertate, deque Avaritia. Sententiae sunt breves ex sacris et profanis scriptoribus, seu Apostolis, Salomone, Sirach, Basilio, Gregorio Theologo, Chrysostomo, Plutarcho, Luciano, Philistino, Eusebio, Nilo, Epicuro, Diogene, Euripide, Socrate, Sophocle, Democrito et Polyaeno. Inc. Τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου· Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν f. 159.

329. Bombyc. in 4, saec. XIII-XIV, fol. 65.

Philostrati, de Apollonii Tyanensis vita, libri IV-VIII, cum lemmatis graecis et latinis, scholiisque in margine. Singuli inscribuntur: Φιλοστράτου τῶν εἰς τὸν Τυανέα λόγος, addito libri numero. Liber quartus, initio mutilus, quaerendus est folio 33, sua sede moto; continuatio eiusdem f. 1, 2 etc. Incipit a medio capite XXV, et quidem a verbis ἐζωγράφει τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει.

Clauditur codex faceto disticho iambico, quod librarius sane ex vetere suo exemplari exscripsit: Ἔστη γραφὶς γράφουσα γραφῆς γραφέως. || γραφῆς ἐνταῦθα τελεσάσης ἀξίως.

330. Chart. in 4, saec. XV, fol. 72.

Theocriti Idyllia I-III, V-XIII, cum argumentis, commentario vel paraphrasi et glossis inter lineas, rubris litteris. Commentario carent idyllia VIII, X-XIII; glossae pariter desunt omnino ab initio idyllii XI. — Idylliis praefiguntur nonnulla: I. De Dialecto Dorica. Inc. Ἰστέον ὡς οἱ Δωριεῖς τρέπουσι f. 1, — II. De tribus Poeseos generibus. Inc. Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας f. 1 v. — III. De Theocrito. Inc. Ἰστέον ὅτι ὁ Θέο-

κριτος ἐγένετο ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου f. 1 v. — IV. Argumenta duo in primum Idyllium f. 1 v. — V. Plura de Bucolicis eorumque variis appellationibus; iterum de Dialecto Dorica, et cur Bucolica non nuncupentur dialogi etc. Inc. Τὰ βουκολικά φασιν ἐν Λακεδαιμονίᾳ εὑρεθῆναι f. 2.

Id. I. Primum argum. inc. Αὕτη ἡ ὑπόθεσις f. 1 v. Alterum: Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται f. 2. Comm. inc. Ἀδύ τι, ὦ αἰπόλε f. 3 v.

II. Argum. inc. Ὑπόκειται ἡ Σιμαίθα. Comm. inc. Στέψον τὴν κελέβαν f. 17 v.

III. Argum. inc. Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον. Comm. inc. Ἀπέρχομαι πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα f. 28.

V. Arg. inc. Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον αἰπολικόν. Comm. inc. Τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν f. 32.

VI. Arg. inc. Δαμοίτας καὶ Δάφνις. Comm. inc. Ἐναντίως ἔχει τοῦτο τῷ λεγομένῳ f. 40 v.

VII. Arg. inc. Ἐπιγράφεται τὸ εἰδύλλιον Θαλύσια. Comm. inc. Χρόνος τὸ συμπαρεκτεινόμενον f. 46 v.

VIII. Arg. inc. Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας, ὁ δὲ λόγος f. 54 v.

IX. Arg. inc. Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας ὑφίστανται. Comm. inc. Ἰστέον ὅτι ἢ τὸν ὃν προείπομεν f. 58 v.

X. Arg. inc. Δῆλον ἐν ᾧ χωρίῳ f. 60 v.

XI. Arg. inc. Ὑπόκειται Πολύφημος κύκλωψ f. 63.

XII. Arg. inc. Ὁ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς ἐρώμενον f. 66.

XIII f. 68. — Sequuntur folia 71-72 vacua, nisi quod folio 72 v. haec legitur sententia latine: « *Facile omnes cum ualemus, recta consilia aegrotis damus:* ».

331. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 15; minutissima littera.

(Dionysii Periegetae, Orbis terrarum descriptio), cum paraphrasi anonymi, illa Nicephori Blemmydae antiquiore, scholiis glossisque inter lineas minio exaratis, quae tamen scholia et glossae ab initio folii 10 ad finem usque desiderantur. — Praemittuntur: I. Nonnulla geographica, quorum initium aevo consumptum, — II. Pauca de Dionysio et operibus eius. Inc. Ἰστέον ὅτι (Διονύ)σιος μὲν γέγονεν υἱὸς Δίωνος ἢ Διονύσου Ἀλεξάνδρου (sic), — III. De differentia Geographiae et Chorographiae, deque Oceani definitione et nomine, — IV. Scholium in primum poematis versum. Inc. Ἀρετῇ (sic) σκοποῦ ποιητικοῦ παρῃτήσατο νῦν ἐπίκλησιν. Prima fere verba cum editis consentiunt, non ita sequentia, quae maiorem sapiunt antiquitatem. Paraphrasis, qua ipsum poema circumseptum est, uno latere excepto, inc. Ἀρχόμενος· τὰ περὶ τὴν γῆν καὶ τὸν μέγαν πόντον ᾄδειν ἀρχόμενος. Poema (f. 2), fine mutilum, clauditur versu 842: Εὖτε Διονύσοιο (sic) χοροστασίας τελέθουσι.

332. Chart. in f. saec. XV-XVI, fol. 144; fine mutilus. — Folio secundo praevio, nullo numero signato, inest Vita Herodoti (ex Suida). Inscribitur: Ἡρόδοτος ἱστορικός. Inc. Ἡρόδοτος Ξύλου (l. Λύξου) καὶ Δρυοῦς Ἁλικαρνασσεύς.

Herodoti Historiarum libri V priores, quorum quintus imperfectus, cum lemmatis rubris in margine, et scholiolis, quae, in lib. III et V rarissima, scripta sunt bina manu, una librarii, altera recentiore. Quintus (f. 129) des. Κορινθίοισι γὰρ ἦν πόλιος κατάστασις τοιήδε... (c. XCII, § 2), spatio relicto ad cetera supplenda.

333. Chart. in 8, saec. XV-XVI, fol. 65.

(Georgii Codini) Officia Palatii (CPolitani). Inscriptio valde prolixa, quae tabulae rerum vices gerit. Capita hoc ordine sese excipiunt:

I. (Ordo Dignitatum) f. 1.

II. Gestamina Dignitatum. Inscribitur: Αἱ στολαὶ τῶν ἀρχόντων (alias φορέματα) f. 2 v..

III. Ministeria Dignitatum f. 12.

IV. Ordo in Dominicis festis f. 22. — Folio 26 v. scholiolum in margine: Πρότερον τὰ νῦν λεγόμενα στέμματα ἐκάλουν διαδήματα. Sunt et alia passim, eadem librarii manu.

V. De Coronatione Imperatoris f. 50.

VI. De Creatione Patriarchae f. 61.

VII. De Veste lugubri Imp. f. 64.

VIII. Περὶ μελλονύμφης νύμφης f. 64 v. — Clauditur codex verbis: Τέλος τῶν τάξεων τοῦ βασιλικοῦ παλατίου.

334. Chart. in 4, saec. XV, fol. 117.

S. Ioannis Damasceni Orthodoxae fidei accurata expositio: Incomprehensibile esse Numen, et non curiose scrutanda quae nobis a SS. Prophetis, Apostolis et Evangelistis tradita non fuere. Capitibus constat CIII, quorum primum, quod prooemium excipit, inscribitur: Περὶ ῥητῶν καὶ ἀῤῥήτων· καὶ γνώστων καὶ ἀγνώστων. Ultimum: Ad illos qui rogant, num sub continuam quantitatem, an sub discretam, referantur duae (Christi) naturae. Alius aliis in codd. est capitum ordo. In nostro opus non est in libros quatuor distinctum. Folia quae desunt, suo quaeque loco manu Sylburgii significata sunt. Emendationes passim et adnotationes graece manu recentiore. Numeri capitum in margine.

335. Chart. in f. saec. XV, fol. 120.

Sophoclis Aiax et Electra, cum scholiis in margine, varia manu scriptis, et glossis rubris inter lineas, quas in foliis prioribus, ut solet, adeo combibit charta, ut oculorum aciem fere effugiant:

I. Aiax μαστιγοφόρος f. 2. Scholia inc. Εἰ καὶ? ἔχουσιν οἱ παρακείμενοι ἀντὶ ἐνεστώτων λαμβάνεσθαι f. 2. His scholiis alia quatuor manu recentiore praemissa leguntur (f. 1 v.) in primos versus, et quidem in voces πεῖράν τιν', ἔνθα τάξιν, ξιφοκτόνους et ἐννέπειν δέ. Integra fabula, etsi folium 60 sine scriptura.

II. Electra, cum argumento male inscripto: Ὑπόθεσις Ὀρέστου f. 61. Arg. inc. Ὑπόκειται ὧδε τροφεύς. Schol. inc. Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος: τὰ περὶ Μηκύνης (sic) χωρία λέγει. Aliud scholiolum alia manu suprascriptum: Ἢ παλαιὸν λέγει τὸ Ἄργος, διότι etc.

*336. Deerat iam temporibus Allatii. Inerant: Euripidis Phoenissae, Medea, Hippolytus, cum metaphrasi et scholiis. Seorsim scholia in Phoenissas, Medeam, Hippolytum, Andromachen, Alcestidem, partim ex Dionysio et Didymo, partim aliis, eleganti manu fere omnia. Ita Sylburgius.

337. Codex in 4, forma quadrata, fol. 246, quorum 1-234 et 237 membranacea saec. XI; caetera chartacea vacua, recentissime addita. Inscriptiones plerumque in fronte et in fine cuiusque libri minio depictae, ut et primae versuum litterae. Libri omnes στιχηρῶς seu per versus scripti, qui singuli puncto in sublime erecto clauduntur. Numeri capitum, graece et latine, manu saec. XIV, colore herbaceo; et graece quidem in summo margine, latine e regione singulorum capp. Numeri stichorum in fine omissi.

(Veteris Testamenti libri VI, ex septem illis qui antiquitus βίβλοι στιχηραί dicebantur); deest Psalterium, quod olim fortasse primam in codice nostro obtinebat sedem, seu potius, ob nimiam molem, in distincto, tanquam pars prior, volumine continebatur. Iob f. 1. — Salomonis proverbia f. 59. Scholia duo latine eadem manu saec. XIV (f. 96 et 97). In fronte capitis XXV (f. 99), inscriptio litteris maximis, minio depictis, et quidem συνεχῶς, nullo vocum discrimine: Αὗται αἱ παιδεῖαι Σολομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι· ἃς ἀνεγράψαντο οἱ φίλοι Ἐζεχίου, τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας. — Ecclesiastes f. 107 v. Numeri versuum 1-8 capitis III (omnia tempus habent etc.) in margine signantur. — Canticum Canticorum f. 125. — Sapientia Salomonis f. 134. Subscriptio σταυρηδόν. — Sapientia Iesu filii Sirach (seu Ecclesiasticus) f. 160. Desunt folia plura. In huius libri parte posteriore, variae praeponuntur inscriptiones. Sic cap. XX, v. 29: Λόγοι παραβολῶν; cap. XXIV: Σοφίας αἴνεσις; cap. XXX: Περὶ τέκνων; ibid. v. 14: Περὶ ὑγιείας; v. 18: Περὶ βρωμάτων; cap. XXXIV: Περὶ ἐνυπνίων; cap. XLIV: Πατέρων ὕμνος, ubi et nomina patrum, quorum laudes celebrantur, in mar-

gine repetuntur. Item in margine, tres species quas odit anima sapientis, et novem ὑπομνήματα cordis eius, totidem numeris signantur. Folio 189 v. imago Deiparae, puerulum Iesum in gremio tenentis, in margine conspicitur, fere evanida, calamo adumbrata, cum inscriptione μ̅ρ̅ Θ̅υ̅. Scholiola demum tria f. 206, 210 et 213 v. latine colore herbaceo scripta manu saec. XIV.

338. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 127, quorum 1-48 madore corrupta.

(Ovidii Metamorphoseon libri VIII priores, interprete Maximo Planude, soluta oratione): Liber I, initio mutilus, inc..... ὕλας φυλλάδι σκέπεσθαι (fronde tegi silvas v. 44) f. 1, — II Inc. Τὰ δὲ τοῦ ἡλίου βασίλεια f. 16, — III Inc. Ἤδη μὲν οὖν ὁ θεός f. 34 v. — IV Ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἡ Μινηιὰς Ἀρσινόη (sic) f. 50 v. — V Inc. Ταῦτα παρὰ μέσῳ f. 68, — VI Inc. Τούτοις τοῖς ῥήμασι παρέσχεν f. 82 v. — VII Inc. Ἤδη μὲν οὖν οἱ Μινύαι f. 97, — VIII Inc. Ἤδη τοῦ ἑωσφόρου f. 113 v. Fine mutilus, des. τάχα δὲ καὶ τὴν τοῦ τόπου διηγμένων (locique inciperent casus v. 714, 715).

339. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 113. — Folio secundo praevio tabula rerum graece legitur, ex qua patet, fuisse etiam olim in hoc codice Photii Diatribam de voluntatibus in Christo gnomicis, et quintam S. Maximi Centuriam, quae nunc desiderantur.

S. Cyrilli, Alexandriae Episcopi, pro sancta Christianorum religione, adversus impium Iulianum (libri V priores), cum lemmatis in margine, et varia lectione in lib. I. — Liber III inscribitur: Τοῦ κατὰ τῶν τοῦ ἐν βεβήλοις Ἰουλιανοῦ βλασφημιῶν τόμος γ'. Immanem hiatum qui in cod. exstat post verba βούλει δὴ οὖν, ὦ τᾶν, ταυτὶ μεθέντες ὡς ἕωλα (f. 39 supr.) complevit manus recentior in folio inter f. 36 et 37 a bibliopego vetere male inserto. Folio 41 plura in margine suppleta. Origenes ὁ παράφορος trifariam testis excitatur pro Cyrillo, in margine foliorum 38 v. et 42 v. — Liber V inscribitur: Τόμος πέμπτος κατὰ τῶν βλασφημιῶν τοῦ ἀσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ f. 79.

Eiusdem ad Calosyrium, Episcopum Arsenoïtem, adversus Anthropomorphitas (aliosque eiusdem farinae haereticos), quaestionum XXVIII solutio. Capitum inscriptionibus describendis supersedemus. — Clauditur codex verbis librarii: Τέλος· καὶ τῷ Θεῷ δόξα, ἀμήν.

340. Chart. in 4, incompta manu saec. XVI scriptus, fol. 60.

Demosthenis Orationes III, cum argumentis:

(Philippica III), initio mutila. Inc.... πλησίον ἀποβλέπομεν, ἀπιστοῦντες ἀλλήλους (sic) f. 1.

Philippica IV. Argum. inc. Καὶ οὗτος ὁ λόγος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει τῷ φθάνοντι καὶ πλέον οὐδέν f. 8.

De Corona. Argumentum prolixum inc. Τεῖχος μὲν ὑπὲρ Ἀθηναίων f. 22 v. Inter f. 50 et 51 deest quaternio. Fol. enim 50 clauditur verbis ὅσοι στεφανοῦσιν· τίνες τῶν δήμων τὰς ἀνα... dum sequens inc. Δήμῳ πέμψαι πρὸς αὐτὸν κήρυκα. Fine etiam mutila oratio des. φρόνημα λαβόντα ἀναβαίνειν ἐ... Scholiola aliquot passim.

*341. Chart. in f. saec. XVI (Wilk. s. XV), fol. 39. Medio mutilus, quaternione inter f. 16 et 17 avulso, in quo inerant Philostrati Piscatores, Ariadne, Pasiphae, et Penthei pars. Praefixa folia duo typis excusa, in quibus hymni ex libro quodam liturgico. — Ex codicibus Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 302), et paucis Wilkenius (p. 287). Insunt:

Flavii Philostrati Senioris Imagines, (libri II, cum versione latina mendosissima inter lineas in tironum usum). Lib. I, praevio prooemio, f. 2. Lib. II, fine mutilus, f. 31. Clauditur verbis καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῶν ἔοικεν ἐγγεγράφθαι, καὶ κηρίον ὀρέγει τῇ χειρὶ σταγόνα λ(εῖβον)..., quae ad caput secundum spectant de Achillis alimentis.

Theocriti Epigrammata f. 35. Sunt numero XXII aut carmina aut carminum fragmenta.

342. Chart. in f. fol. 198, ultimo vacuo. Descripsit Cornelius Naupliensis, Andreae filius, Venetiis, a. Chr. 1552.

Sapientissimi Leontii Hierosolymitani Dubitationes (ἀπορίαι) adversus eos, qui dicunt unam esse in Christo naturam compositam (seu adversus Monophysitas) f. 4. Sunt capita LXIII, in quibus laudantur testes cum Graeci tum Latini: Aelurus (monophysita), Ambrosius, Amphilochii Iconiensis et Sidensis, Athanasius, Augustinus, Basilius Magnus, Cyrilli Alexandrinus et Hierosolymitanus, Gregorii Thaumaturgus, Nazianzenus et Nyssenus, Ephraem Syrus, Eustathius Antiochensis, Flavianus Antiochensis, Hilarius Pictaviensis, Hippolytus, Io. Chrysostomus, Isidorus Pelusiota, Iulius Papa, Iustinus, Pauli Emesenus et CPolitanus, Petrus Alexandrinus, Proclus CPolitanus, Severianus Gabalensis, Severus (monophysita), Sylvester Papa, Theodorus Antiochensis, Timotheus (haereticus).

(Eiusdem Disputationes VII adversus Nestorianos) f. 50 v. Prima inscribitur: Contra eos qui, dum duas personas in Christo statuunt, compositionem tamen nullam admittunt. Ultima: Septimae impietatis eorum confutatio, dum illos reprehendunt, qui unam S. Trinitatis personam carne passam dicunt. — Scholion S. Maximi, rubris scriptum litteris, legitur in

margine folii 160 v. — Clauditur septima disputatio hac nota: Οἶμαι ὅτι λείπει τῆς ὀγδόης αὐτῶν ἀσεβείας ἔλεγχος· καὶ ζήτει τοῦτον.

Ad calcem codicis librarii subscriptio: ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη ὑπ' ἐμοῦ κορνηλίου τοῦ ναυπλιέως τῶν μουρμουρέων, υἱοῦ ἀνδρέου, ἐνετίῃσι διάγοντος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς θεογονίας ,αψνβ.

343. Chart. in 4. saec. XV, fol. 54; fine mutilus. — Foliis duobus praeviis membranaceis, signatis nullo numero, fragmentum inest Pandectarum, initio mutilum, saec. XIV, cum glossis in margine. Inc. «... *ad sententiam iudicis pervenit.* - *V. L.* (Ulpianus legit:) *Si noxali iudicio domini conuentus litis extimationem* ».

Euripidis tragoediae II, cum scholiis sat prolixis:

I. Phoenissae; initio mutila. Inc.... ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται (v. 63) f. 1. Scholia inc. Ἐπεὶ Εὐρυγάνεια ἐτελεύτησε. — Folia 39 v.-40 vacua.

II. Hippolytus; initium ac finis desunt. Inc.... τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ (v. 20) f. 41. Des. ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολήν (v. 939). Notavit aliquis in fine: λείπει πολὺ πρὸς τὸ τέλος. Scholia inc. Προκόψας (sic) οὐ πόνου· τοῦτο ἐσολοίκισεν (ad v. 23).

344. Chart. in f. saec. XVI, fol. 35.

Aeschyli Tragoediae II, cum scholiis in margine, in quatuor tantum prioribus foliis, spatio tamen in ceteris ad sequentia scholia describenda relicto:

I. Prometheus (Vinctus). Scholia inc. Τηλουρόν· διὰ τὸ πολὺ τοῦ ὄρους ἐκάλεσεν αὐτὸ τηλουρόν f. 1.

II. Septem adversus Thebas f. 19.

345. Chart. in f. saec. XV-XVI, fol. 474; diligentissime exaratus.

(Euthymii Zigabeni) Panophia dogmatica, in libros II divisa, quorum prior constat titulis α'-ια'; alter titulis ιβ'-κη':

Lib. I f. 5 v. Titulus α' inscribitur: Συλλογιστικὴ ἀπόδειξις, ὅτι εἷς ἐστι Θεός etc. Titulus ια': Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου κατὰ Ἀρειανῶν etc.

Lib. II f. 250. Primus titulus (i. e. ιβ') inscribitur: Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον etc. Ultimus (κη'): Κατὰ Σαρακηνῶν.

Paratitlon Photii, Patriarchae CPolitani, ex epistola ad Michaëlem Bulgariae principem, de VII Conciliis oecumenicis f. 466. Lacuna ab extremo capite II usque ad finem fere capitis IV.

346. Chart. in f. saec. XIV, fol. 86.

Andreae, Archiepiscopi Caesariensis, in Apocalypsin Ioannis τοῦ Θεολόγου commentarius. Opus, Cyrio cuidam, quem fratrem suum ac συλλει-

τουργόν vocat, ab auctore inscriptum, in λόγου; XXIV dividitur, praevio capitum indice, quorum numeri continua serie sese excipiunt. Prologus inc. Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπὸ πολλῶν f. 3. Λόγος α' inscribitur: Δήλωσις αὕτη τῶν Θεοῦ μυστηρίων f. 4 v. Textus (κείμενον) et Exegesis quo loco incipiant, accurate in margine per singulos libros significatur. Comm. inc. Ἀποκάλυψις μέν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων f. 4 v. Λόγ. κδ', seu ultimus, inscribitur: Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ ἀποστόλῳ f. 83.

347. Chart. in 4, fol. 43, quorum 1-4 saec. XVI, 9 ad finem saec. XV. Folia 5-8 vacua.

Excerpta ex Procli Diadochi Platonici Institutione Theologica. Sunt capita tantum XV, quae omnia a voce πᾶν exordiuntur. I inc. Πᾶν πλῆθος μετέχει πῇ τοῦ ἑνός f. 1. XV inc. Πᾶν ἀγαθὸν ἑνωτικόν ἐστιν. Clauditur, fine mutilum, verbis οὐδὲν ἄρα σῶμα...

(Porphyrii in quinque Voces, seu categorias Aristotelis, Isagoge) f. 9.

348. Chart. in 4, saec. XV-XVI; paginae numerantur (non folia) 159.

Ioannis (Philoponi), grammatici Alexandrini, in Nicomachi Geraseni, Pythagorei philosophi, Arithmeticae Isagoges libros duos Commentarius. — Lib. I inc. Πλατωνικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου τούτου p. 1. — Lib. II inc. (Ε)ἴρηται ἡμῖν ἤδη ὅτι τοῦ πρός τι ποσοῦ p. 92.

349. Membr. in f. forma quadrata, saec. X-XI, binis scriptus columnis, fol. 64; initio ac fine mutilus.

(Menologium mensis Decembris et Ianuarii):

(S. Nicolai τοῦ ἐν Μύροις Vita), initio mutila. Inc..... λώθη αὐτὸν ἐπὶ στὰς (l. ἐπιστὰς) ὁ καλὸς πλουτοδότης f. 1.

SS. Menae, Hermogenis et Eugraphi Martyrium. Inc. Μετὰ τὴν ἐπὶ γῆς f. 9.

SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis Martyrium. Inc. Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ f. 24.

S. Ioannis Chrysostomi, Arch. CPolitani, in beatum Philogonium, ex causidico factum Episcopum, Sermo, in quo et Nihil aeque ad existimationem apud Deum facere, atque prospicere reipublicae utilitati, et Negligentem ad Sacramenta accessum gravissimas afferre poenas, etiamsi semel in anno id facere audeamus; habitus est quinto die ante Christi natalem, f. 37 v.

S. Eleutherii Martyrium. Inc. Ἑλίου (sic) Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων μὲν βασιλεύοντος f. 43.

S. Ignatii τοῦ θεοφόρου Martyrium. Supersunt dumtaxat, in extrema

pagina, prima verba Ἄρτι Τραιανοῦ τὰ τῆς Ῥωμαί(ων), avulso quaternione sequente, f. 48 v.

(SS. Theodotae et Anastasiae Martyrium), initio mutilum. Inc..... (νη)λεῶς ῥαβδίζεσθαι· ἡ δὲ γεννάια μήτηρ ὁρῶσα f. 49.

S. Gregorii Nazianzeni Theologi in Christi natalem Sermo f. 51 v.

S. Amphilochii, Iconiensis episcopi, de S. Basilii Caesariensis vita et miraculis narratio. Inc. Ἀγαπητοί, οὐκ ἦν ἀπεικός f. 58 v. — Sequitur narratio, fine mutila, de Iuliani Apostatae interitu. Inc. Κατεκεῖνον (sic) τὸν καιρὸν Ἰουλιανός f. 63 v.

350. Chart. in 8, saec. XV-XVI, fol. 27.

Libanii Declamationes IV, seu potius fragmenta foede mutila, omissis ubique auctoris nomine et plerisque declamationum titulis:

I. Ad Antiochenos de (placanda Iuliani) Imperatoris ira f. 3 v. In fine, foliis duobus mutila. Des. (f. 8 v.) ἔδει τῶν τρόπων γενέσθαι τὴν μετάστασιν... (ed. Reiske I, p. 499, 7).

II. (Morosi patris, filium exheredantis, quod prolapsum se derisisset). Initio mutila. Inc.... καὶ τὸ οἰμώζειν, τίθεσθαι μᾶλλον ἔχρην (R. IV, p. 617, 7) f. 11.

III. (Magi accusatio) f. 13. Praemittitur θεωρία seu argumentum: Λοιμὸς ἐπεῖχε τὴν πόλιν· ἔχρησεν ὁ θεὸς παύσασθαι τὸν λοιμόν etc. ut in edd. Continuatio folii 18 quaerenda est f. 1-3.

IV. (Ad Iulianum Imp. consulem) f. 23 et 22, foliis scil. inversis. Initio ac fine mutila oratio. Fol. 23 inc.... οὐκ ἠρεθίζετο δέ, τὰ δὲ πράγματα ἀπολώλει (R. I, p. 380, 6). Fol. 22 des. ἐπὶ τούτοις ἡδονήν, οὕς τε ἥγες... (Ibid. p. 390, 7).

351. Membr. in 16, saec. XIV, fol. 62.

Nili Eremitae Narratio de interemptis in Monte Sina Monachis, et de filii sui Theoduli captivitate, cum lemmatis graecis in margine, f. 1. — Clauditur narratio: I. Subscriptione: Τέλος σὺν Θεῷ τῆς ἀναιρέσεως τῶν ἁγίων ἀββάδων (sic) Θεοδούλου, Παύλου καὶ Ἰωάννου· καὶ περὶ τῆς τοῦ παιδὸς Θεοδούλου ἐπαναλύσεως, — II. Tetrasticho: † Νείλου μὲν ποταμοῖο ὁ ῥόος || χθόνα εἶδε ποτίζειν· || Νείλου δ' αὖ μοναχοῖο ὁ λόγος || φρένας εἶδεν ἡδύνειν. † f. 57.

(Theodori Ducae Lascaris Imp.) Canon paracleticus in S. Deiparam. Cola punctis diacriticis, ut in antiquis codd., inter se distinguuntur. Verbis hirmorum nunquam praefiguntur solitae voces ὁ εἱρμός, vel πρὸς τό. Duo versus interdum, librarii incuria, in unum coalescunt. — Ode I, (iuxta hirmum seu modulum) Ἁρματηλάτην Φαραώ. Inc. Τῶν λυπηρῶν ἐπαγωγαὶ χειμάζουσι f. 58. — Ode IX, sive ultima, (ad modulum) Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ. Inc. Πρὸς τίνα καταφύγω ἄλλην, ἁγνή; f. 61 v.

352. Chart. in f. forma oblonga, fol. 215, additis aliis pluribus sine scriptura. Exaravit partem priorem (f. 1-28) Venetiis, anno Chr. 1488, Ioannes Damilas, homo plane rudis, ut ex subscriptione patet; folia cetera alia manus eiusdem aevi.

(Lexicon Homericarum dictionum), sine interpretatione, litterarum ordine digestum. Inc. Ἀγαπήνορα. Ἀγάζω. Ἄγαλμα. f. 1. Clauditur verbis Ὤλξ. Ὠμόν. Ὤρσε. — In summa pagina folii 1 Homerica quaedam: πολλὰ δ' ἀπ' αὐτοῦ || δάκρυα θερμὰ χέοντο, ex Odyss. IV, 523.

In ima pagina folii 28 librarii subscriptio, qua mendosiorem vix aliam inveneris: τέλος τοῦ βιβηλίου· τῷ ἐγράψαντι· ἰῶνι· πᾶπυλας· ἐν̄: νύσω μύλλου (ἐν τῇ νήσῳ Μήλῳ?)· ἀυπη· μ̄· φαικοῦ ἄριω εἰπᾶς δ̄· ὥρας ζ̄· ἐν̄ βενέτίαν. εὔχεσθαι ἐμοί? διὰ τὸν κύριον ὅτι ἄμαθῆς ἐγὼ ἰῶ νταμῦλως (sic in omnibus). — Sequuntur folia 28 v.-32 sine scriptura.

(Etymologica quaedam, e poetis, praesertim ex Homero), alia manu scripta minus vitiosa. Prima tantum verba in litteram digesta, reliqua ἀτάκτως. Inc. Ἀᾶται. ἀᾶσθαι.... ἁμαρτάνει· ἀάσατο.... ἄω τὸ βλάπτω ἐπιτάσει τοῦ ᾱ, ὅθεν ἀάσθη, ἥμαρτε καὶ ἐβλάβη f. 33. Quae punctis signavimus desunt, folio lacero. Des. ἦν κεφαλαί· ἀντὶ τοῦ· ἦσαν (sic)· παρ' Ἡσίοδῳ· βοιωτικῇς γλώσσης· λέγεται· εἶναι· οἱ ἑνικὰ ῥήματα πλήθην· τικοῖς (sic pro πληθυντικοῖς)· ὀνόμασιν· συνέττατον (pro συνέταττον). Ex insolita interpunctione dixeris haec omnia ex vetusto exemplari descripta. — Folio 214 v. leguntur latine nonnulla ad regnum Neapolitanum spectantia, manu saec. XVII pessime scripta. Inc. « *Alphonsus ex regno in Siciliam Megaram aufugit* ». Des. « *Antonellus Sanseuerinas erat. Salerni princeps Salernum ingressus est* ».

* 353. Chart. in f. saec. XVI, fol. 28. Ex codicibus Palatinis Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 306) et Wilkenius (p. 287). Insunt:

Scholia in posteriorem partem Pythiarum Pindari, a quinta ad finem; eadem quae ab Heynio vulgata, si varias lectiones exceperis, ex exemplari vel corroso vel lectu difficili transcripta ab homine latino qui, si quid legere non potuit, spatiola vacua in mediis lineis reliquit. Scholia, quorum prima verba supplevit manus saeculi XVII vel XVIII, cui etiam titulus debetur, incipiunt: Τῆς πέμπτης ᾠδῆς ἡ στροφὴ καὶ ἀντίστροφος, κώλων ιγ̄. Postea, prima manu: Τὸ ᾱ χοριαμβικὸν δίμετρον καταληκτικόν etc. f. 1.

354. Chart. in 8, anno Chr. 1448 a Nicodemo quodam exaratus (cuius nomen in tetrasticho ad calcem codicis legitur), fol. 104.

Euripidis Hecuba et Orestes, cum vita poetae, argumentis, scholiis raris glossisque inter lineas, rubris litteris:

I. Hecuba f. 13. — Praemittuntur: I. Synopsis vitae poetae, (auctore Thoma Magistro). Inc. Εὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος (sic) f. 1, — II. Synopsis argumenti, fine mutila, (auctore eodem). Inc. Μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν f. 1 v. Des. ἀγνοῶν, ὅτι Πολύδωρος... — Scholia inc. Ἀφεὶς ὁ Πολύδωρος τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ μόνη ψυχὴ ὤν f. 13.

II. Orestes f. 47. Argumentum inc. Ὀρέστης τὸν φόνον τοῦ πατρός f. 46. — In margine folii 47 Stemma generationis Agamemnonis. Fabulae male subscripsit librarius: Εὐριπίδου δράματος Ἠλέκτρας τέλος.

Clauditur codex: I. Tetrasticho iambico librarii, litteris rubris: εὐριπίδου δέδωκε δυοῖν δραμάτων || ἰδεῖν τὸ τέρμα παντοκράτωρ, ᾧ χάρις. || ἀρχὴ γὰρ αὐτὸς καὶ καλοῦ παντὸς πέρας, || εἰμὶ δὲ νικόδημος· εὔχεσθέ τ' ἐμοί (cod. τέμοι), — II. Eiusdem subscriptione: μηνὶ σεπτεμβρίῳ κβ'. τοῦ ,ϛϡνϛ'. ἰνδ. ια'.

355. Bombyc. in 8, saec. XIV, fol. *a-d* 232. Tineis alicubi ac madore male habitus; initio ac fine mutilus. Codex bonae notae, litteris scriptus minutissimis, iota muto constanter adscripto. Folia praevia *(a-d)* quatuor chartacea.

(Theodori Prodromi Commentarii in SS. Cosmae et Io. Damasceni sacros canones, seu hymnos in praecipuas ecclesiae Graecae solemnitates). Periit inscriptio, una cum principio codicis. Ne quid in integra canonum serie explananda deesset, addita sunt, circa finem codicis, supplementi instar, Gregorii Corinthii scholia in aliquot canones, quos de industria praetermiserat Theodorus, cuius nomen semel tantum legitur, et quidem in margine superiore folii 187, dum illud Gregorii ubique siletur. At quos canones hic, quos ille enarraverit, docent alii codices disertissime. Solet praeterea Theodorus commentariis suis plerumque prooemium praemittere.

α) (Canones quos commentatus est Theodorus Prodromus):

I. Cosmae Canon in Crucis elevationem. Prooemium Theodori, initio mutilum, inc.... τὸ πάρεργον· γυμνῷ ἤγουν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν f. 1.

II. Eiusdem Canon in Christi Natalem f. 18 v.

III. Io. Damasceni Canon iambicus in idem festum f. 35.

IV. Cosmae Canon in sancta Lumina (seu Θεοφάνεια) f. 43 v.

V. Io. Damasceni Canon iambicus in idem festum f. 57.

VI. Cosmae Canon in Occursum Domini (ὑπαπαντήν) f. 67 v.

VII. Eiusdem Canon in festum Palmarum f. 76 v.

VIII. Eiusdem Triodium in feriam secundam Hebdomadae Sanctae f. 89.

IX. Eiusdem Diodium in feriam tertiam Hebdomadae Sanctae f. 95. Prooemium, praeter morem, omisit Theodorus.

X. Eiusdem Triodium in feriam quartam Hebdom. Sanctae, omisso prooemio, f. 98.

XI. Eiusdem Canon in feriam quintam Hebdom. Sanctae, omisso prooemio, f. 104 v.

XII. Eiusdem Triodium in Magnam Parasceven, sine prooemio, f. 121.

XIII. Canon in Sabbatum Hebdom. Sanctae f. 130. Odae I-IV sunt Marci, Episcopi Hydruntini, qui eas, iubente Imp. Leone Sapiente, Cosmae Tetraodio praemisit, quo canon integer fieret, servatis tamen hirmis Casiae seu Icasiae Monachae, quae et ipsa iam multo ante Marcum Cosmae poema quatuor odis auxerat. Odae reliquae VI-IX sunt Cosmae. Haec fusius Theodorus in prooemio.

XIV. Io. Damasceni Canon in sanctam Paschatis dominicam f. 151 v.

XV. Cosmae Canon in Pentecosten f. 178.

XVI. Eiusdem Canon in Transfigurationem f. 194.

XVII. Io. Damasceni Canon in idem festum f. 209 v.

β). Canones a Gregorio Corinthio interpretati:

XVIII. Io. Damasceni Canon in Antipaschatis (seu S. Thomae) dominicam f. 165 v.

XIX. (Eiusdem) Canon in Christi Ascensionem f. 173.

XX. Ioannis (sic codex, omisso cognomento) Canon iambicus in Pentecosten f. 187. Silet Gregorius de auctore canonis, quem codices alii Damasceno, alii Ioanni Arclae adscribunt. Ambigit Eustathius, copiosissimus canonis interpres; non ita Marcus Ephesius, qui censet poema esse Ioannis Arclae (cod. Vat. 952 f. 28).

XXI. Cosmae Canon in B. V. Deiparae dormitionem f. 220 v.

XXII. (Io. Damasceni) Canon in idem festum f. 228 v. Fine mutilus, exit in hirmum Odae VIII; commentarii initium tantum superest.

*356. Bombyc. in f. parvo, saec. XIV, exceptis foliis 195-196 saec. XVI suppletis, fol. 196. Initio mutilus. Olim Arsenii Monembasiensis episcopi (Michaëlis Apostolii filii). Ex codd. Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catal. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 307) et Wilkenius (p. 287). Continet farraginem collectaneorum, quorum index latinus in secundo folio praevio codicis 367 delitescit. — Codicis recensionem aggressus erat, in pagellis aliquot codici insertis, scriptor graecus bibliothecae Vaticanae, Ignatius de Portu, Chius, Leonis Allatii aequalis et popularis; eam vero rerum mole oppressus in medio reliquit. Insunt:

(Libanii Declamationes IV: I Morosi ob uxoris loquacitatem sui accusatio), initio mutila, f. 1, — II Descriptio pedestris pugnae f. 4 v. — III Declamatio meretricis resipiscentis f. 10 v. — IV Lamentatio Achillis, post caedem Penthesileae, f. 10 v.

Aristidis rhetoris Oratio funebris in Etoneum f. 5 v.

Michaëlis Pselli iunioris Monodia in mortem discipuli Ioannis Patricii. Inc. Κωφὸν ἡμῖν τὸ ἀκροατήριον f. 7.

Severi, sophistae Alexandrini, Ethopoeiae V. Prima: Quibus verbis usus fuerit Achilles, cum Troiam a Pyrrho direptam audiisset apud inferos, f. 9. Ultima: Quae dixerit Achilles, cum Periclymenus mutaretur, suamque ipsius formam negaret.

Phalaridis Epistolae CIX f. 11. Prima (Lycino); ultima Polluci. Pleraeque anepigraphae. Aliquot fere integrae, ceterae in compendium coactae.

S. Gregorii Nazianzeni epistolae ad Nicobulum f. 25 v. Excerpta sunt ista ex omnibus fere Gregorii epistolis, non ex solis ad Nicobulum.

S. Basilii et Libanii Epistolae mutuae XVIII f. 31. — Sequuntur aliae Basilii ad varios epistolae: ad Olympium, Petrum Alexandrinum, Eusebium Samosatensem, Iulianum, Traianum, ad Cappadociae praesidem, adversus Eunomium, ad Paregorium presbyterum, Eustathium Himeriae Episcopum, Theodotum Episcopum. Omnes epistolae coarctatae sunt. — Folio 35 habetur epistola anonyma quae inc. Δέξαι, παμφίλτατε, τὴν τετυραννημένην (l. τετυρωμένην?) σεμίδαλιν.

Apollonii Tyanensis epistola ad Ephesiorum scribas f. 35 v. — Sequitur Antisthenis epistola ad Periclem, quae vigesima secunda est inter epistolas Theophylacti Simocattae (Vid. F. Hercher, *Epistologr. Graeci*).

Synesii Rhetoris, (Cyrenes Episcopi), ad Hypatiam epistola f. 35 v. — Aliae eiusdem infra.

Bruti epistolae LXV f. 36. Prima Pergamenis, ultima Bithynis, cum responsionibus. Aquila (Ἀκύλας), de quo Brutus ad Bithynos, hic constanter Acusilaus nominatur, ut in cod. Pal. 398.

Synesii epistolae aliae XVII f. 40 v. Prima Τῇ φιλοσόφῳ, postrema ad Dionysium.

Michaëlis Pselli iunioris epistolae XIX. Prima inc. Ὁ πτωχὸς οὗτος, ἠγαπημένε μοι ἀνεψιέ f. 49. Ultima inc. Ἠδὺ μέν, ὑπέρτιμε δέσποτά μου. Sunt omnes anepigraphae, decima septima excepta.

Eiusdem Distichon in Constantini Monomachi Imp. vexillum (φλάμουλον), in quo depicti erant S. Georgius, et Imperator equo vectus, hastatus, barbaros sternens. Inc. Μάρτυς, βασιλεῦ f. 51 v.

Eiusdem senarii Εἰς τὸν ᾱ σύγκελ(λ)ον, i. e. in laudem Protosyncelli. Inc. Σύγκελλος ὡς σύνοικος f. 51 v.

Epistolae diversae (seu Litterarum conscribendarum exempla et formulae XXVII, ex variis epistolographis, praesertim ex Michaële Psello, collecta) f. 52. — Sequuntur aliae VI Pselli epistolae, cum nonnullis aliarum eiusdem epistolarum excerptis, sine inscriptione generali cum praecedentibus connexae. Sunt pleraeque anepigraphae.

Iuliani Imp. et Libanii epistolae, aut excerpta ex epistolis VI. Nullus

generalis titulus; confusae sunt cum praecedentibus. Prima ad Gregorium ducem f. 57 v. Ultima ad Maximum philosophum f. 58 v.

Theophylacti Simocattae (vel Simocati) Epistolae IX ethicae, rusticae et amatoriae. Initium primae: Κριτίας Πλωτίνῳ (cod. Πλοτ.). Ὁ τέττιξ ὁ μουσικός f. 58 v. — Sequuntur excerpta ex aliorum epistolis.

Io. Chrysostomi Epistolae III, sine titulo generali. Prima ad Traulicianum f. 60. Duae sequentes anepigraphae. — Accedit sententia ex epistola Symeonis Metaphrastae. Inc. Τῇ ἴσῃ ἀτοπίᾳ εἶναι (δοκῶ) τό τε φθέγγεσθαι τὰ μὴ δέοντα, καὶ τὸ τὰ καλὰ διδόναι σιγῇ f. 60.

Principium orationis Isocratis ad Demonicum f. 60 v. — Subiungitur alia eiusdem sententia ex capite secundo.

S. Gregorii Nazianzeni Epistolae VIII cum una S. Basilii, f. 60 v.

Agapeti Diaconi Paraenetica praecepta ad Iustinianum Imp. f. 62.

Chrysobullarum prooemia varia, (seu Formulae XIX diplomatum et edictorum, quibus principes uti solebant in Imperio Orientali), ex antiquis exemplaribus desumpta. Prooemium primum: Πρὸς μοναχόν, δωρεαστικόν f. 65 v. Ultimum: Καθολικὸν πρὸς ἀρχιερέα.

(Capita quaedam dogmatica, imprimis contra Latinos, ex variis scriptis ecclesiasticis excerpta, quorum praecipua sunt haec):

I. Liber de trina hypostasi Divinitatis f. 70.

II. Gregorii Theologi Quaestiones ac responsiones f. 70 v.

III. De Spiritus Sancti processione, testimonia ex S. Scriptura et PP. cum Graecis tum Latinis, f. 71.

IV. Ioannis, Patriarchae Hierosolymitani, de Pane azymo disputatio, Hierosolymis cum philosopho Latino habita, f. 88.

V. Symeonis, Hierosolymitani episcopi, liber de Pane azymo (fere integer) f. 95.

VI. Leontis, Archiepiscopi Bulgariae, cognomento Acrideni, ad Romanum quemdam Episcopum, de Pane azymo et Sabbatis epistola f. 101.

VII. Sylloge dogmatica capitum magis necessariorum e diversis Patribus per Euthymium Zygabenum monachum excerpta, in cuius fine fusius contra Iconomachos et Hebraeos disputatur. Accedunt: Chrysostomi sententia de iis qui conversantur et comedunt cum haereticis; Capita XXX de Armeniorum haeresi, eorumque detestando Artziburtzii ieiunio, f. 115-126.

VIII. De Petro Fullone narratio f. 128.

IX. De Trisagio f. 129.

X. Demetrii, Metropolitae Cyziceni, brevis enarratio de haeresi Iacobitarum, in qua et de Chatzizariis, iussu Constantini Porphyrogeniti scripta, f. 129.

Compendium de Septem Synodis oecumenicis (diversum ab illo Nili Rhodii) f. 132 v.

Michaëlis Pselli iunioris versus politici de Grammatica, ad Constantinum Monomachum. Inc. Μελέται σοι γραμματικῆς f. 134.

Eiusdem iambi politici de Vocum aliquot difficiliorum significatione. Coniungitur male in cod. hic tractatus cum superiore sine discrimine. Inc. Μάθε καὶ χρῆσιν, δέσποτα, σπανίων ὀνομάτων f. 135 v.

Ioannis Tzetzae carmen, iambis politicis, ad Ioannem Lachanam, Grammaticum Zabarei, de tribus Causarum generibus rhetoricis. Inc. Ζαβαρειῶτα (sic) Λάχανα· τούτοις γὰρ ἀβρύνει f. 137 v.

Theodori Prodromi de XII mensium Virtutibus et in anni exordium carmen iambicum f. 139.

Stilbae Monodia iambica in quemdam bonae indolis defunctum adolescentulum. Constat senariis LV. Inc. Ἕδυς; φαεινὸν ὄμμα τῶν νέων, ἕδυς; f. 143.

Michaëlis Pselli iunioris iambi XVII Περὶ σεληνιασμοῦ, seu de Morbo lunatico. Inc. Σεληνιασμὸς φυσικόν τι τυγχάνει f. 143.

(Eiusdem Senarii IX in Ulyssis certamina). Inc. Φυγὼν Ὀδυσσεὺς τὸν μαχησμὸν Ἰλίου f. 143 v.

(Praeceptum de iambis pangendis). Inc. Τὸν πρῶτον, τὸν τρίτον καὶ τὸν πέμπτον f. 143 v.

Democratis, philosophi Pythagorei, sententiae f. 143 v. — Sequuntur: I. Aliae sententiae τῶν ἔξω σοφῶν f. 144 v. — II. Sententiae veterum Sapientum paraeneticae f. 149 v. — III. Sententiae in litteram digestae f. 151, — IV. Sylloge sententiarum ex Diogene Laërtio, Epicteto, Plutarcho aliisque f. 152 v.

Breve Florilegium (ἐκλογή) ex SS. Patribus et ex Scriptura Sacra collectum f. 155.

Georgii Choerobosci libellus de Tropis poeticis. Accedunt quaedam de Metonymia f. 157.

(Excerpta de re Metrica). Inc. Εἰ μέλοιμεν (sic) ἐμμελῶς καὶ εὐρύθμως f. 159 v. Multa ibi leguntur ex Dionysii Thracis commentatoribus desumpta.

(Alia excerpta de re Metrica ex Hephaestionis Enchiridio) f. 161 v.

(Fragmentum de variis Poetarum generibus) f. 163 v. Transcriptum partim ex Isaaci Tzetzae in Lycophronem prolegomenis, partim ex eiusdem praefatione de genere, vita et scriptis Lycophronis.

(Prognostica ex quatuor anni temporibus); fragmentum est. Inscriptio et prima verba erasa. Inc.... ἥσιμος· ἔαρ ὑγρόν· θέρος ξηρόν· φθινόπωρος ἀνεμώδης· καρποὶ χρήσιμοι f. 165 v. Des. τριταῖον ἐπικρατήσουσι καὶ διαφορ..., ceteris item erasis. Totum fragmentum aegre legitur, superillito atramento ab homine religioso.

Chronica synopsis Imperatorum Romanorum (= CPolitanorum) a Constantino M. ad Manuelem Comnenum f. 165 v. Pro titulo habentur senarii duo, qui inc. Συνοπτικὸν σύνταγμα τῶν βασιλέων. Laterculum manus

saec. XIV exeuntis sequentibus auxit Imperatoribus usque ad Ioannem Cantacuzenum. Praeter annorum numeros, quibus quisque imperavit, principum nominibus adscriptum est epithetum quo mores eorum significantur, ut βέβηλος, δυσσεβής, μωρός, ταξειδάρης, i. e. bellicosus, a voce barbara ταξίδιον, seu ταξείδιον, expeditio bellica.

Theodori Prodromi carmen iambicum in Abrahamum Patriarcham, SS. Trinitatem convivio excipientem, f. 167.

Aenigmata XII, senariis iambicis. Inc. Τίς ἐστιν ἄλλος τῶν κακῶν σπορεὺς βλάβης; f. 168. Horum aenigmatum nonnulla in aliis codicibus nomine Basilii Megalamitae inscribuntur.

Fragmentum Epiphanii libri, De Nominibus XII gemmarum in pectorali Summi Pontificis Iudaeorum f. 168 v.

(Excerptum breve de VII Planetis, et de XII Zodiaci signis). Inc. Ἐν τῇ πρώτῃ ζώνῃ τοῦ οὐρανοῦ Κρόνος ἐστίν f. 169.

(De Indictione). Inc. Ἡ ἀρχὴ τῆς ἰνδίκτου ἄρχεται Σεπτεμβρίῳ f. 169 v.

Florilegium sententiarum, partim contra mulieres earumque luxum, partim de Spiritu Sancto, ex Athanasio, Gregorio Nazianzeno, Nilo monacho, Chrysostomo, Basilio, Theophylacto, Bulgariae Archiepiscopo, praecipue ex Eustratio Niceae Metropolita (a. C. 1117), et ex Actis Conciliorum et S. Scriptura, f. 169 v.

Symeonis Sethi Physicorum et philosophicorum dogmatum Synopsis, in libros V distincta. Duo libri priores excerpti sunt ex Michaëlis Pselli Omnigena doctrina, et Naturalium quaestionum Solutionibus. Prooemium inc. Ὁ μὲν σοφὸς Πλούταρχος f. 186.

357. Bombyc. in f. bina manu saec. XIII, fol. 328. Olim in codices duos distinctus (I f. 1-159; II f. 160 ad finem). Folia 1-95 accurate et eleganter scripta; cetera alia manu eiusdem aevi negligentissime ac mendosissime, si f. 214 exceperis, ubi prima manus recurrit.

(Antiochi, Monachi Laurae seu monasterii Sancti Sabae, prope Hierosolyma, Pandectes S. Scripturae, in λόγους LXIII digestus), quibus Dei mandata explicantur, consonis Patrum doctrinis illustrata, f. 1. Inscriptio prolixa, minio, ut ceterae omnes, descripta, inc. Βίβλος περιέχουσα τὰς τοῦ Κυρίου ἐντολάς· ἔτι γε μήν etc. Pandectae praemittitur Prologus, a monacho quodam, ut videtur, confectus, qui Antiochi opus in compendium redegit. Inc. Ἀντίοχος μὲν ἐκεῖνος, ὁ παντὶ πάντῃ τῷ κόσμῳ ἀποταξάμενος, καὶ τῇ τοῦ μεγάλου Σάβα ἐν Ἱεροσολύμοις μονῇ ἐφησυχάσας. Prologum excipiunt aliquot Fidei confessiones, et Index accuratissimus in integrum opus. Ultimum Pandectae caput, seu λόγος ξγ': De electione et depositione clericorum, clauditur alia Exomologesi, et Conciliorum brevi enarratione. Laudantur ab Antiocho cum patres tum scripta: Ammonius presb., Ana-

stasius Sinaita, Antonii vita, Athanasius, Barnasuphius, Basilius M., Canones Apostolorum et Synodorum, Cassianus, Charitonis vita, Constitutiones Apostolorum, Clemens Romanus, Cyrillus Hierosol., Diadochus, Daniel Stylita, Dionysius Alexandrinus, Dionysius Areopagita et eius martyrium, Dorotheus, Ephraemus, Epiphanius, Eusebius Pamphilus, Ezechiel Propheta, Gennadius, Geronticum, Gregorius Nazianzenus, Gregorii et Petri dialogus, Gregorius Thaumaturgus, Ignatius ὁ θεοφόρος, Ieremias Proph., Ioannes Chrysostomus, I. Climacus, I. Damascenus, I. Evangelista, Ὁ ἐλεήμων (Ioannes Alex.), Ieiunator, Ioannicii vita, Isaacus Syrus, Isaias abbas, Isidorus Pelusiota, Λειμωνάριον πατερικόν, Lucas Evangelista, Macarii vita, Marcus abbas, Marcianus, Matthaeus Evangelista, Maximus, Nicolai vita, Nilus, idem Nilus ad Characlem presb., Νόμος πολιτικός, Pachomii vita, Pais, Paulus Ap., Petrus Alexandrinus, Rhaithenorum et Sinaiticorum abbatum vitae, Saba, Salomon, Stephani Iunioris vita, Studitae testamentum ad Hegumenum, Symeon τοῦ θαυμαστοῦ ὄρους, Tarasius ad Hadrianum Papam, Theodoretus, Theodori τοῦ ἁγιασμένου vita, Timotheus Alex., Typicum Hierosol. et Montis Sancti, Vetus Testamentum.

S. Epiphanii, Cypri episcopi, haeresium quatuor Expositio brevis, e quibus ceu matribus prognatae sunt ceterae. Est Panarii epitome, mendis scatens. Inc. Βαρβαρισμὸς ὅστης καθ' ἑαυτὸν διῆρκεσεν (sic pro ὅστις καθ' ἑαυτὸν διήρκ.) ἀπὸ ἡμερῶν τοῦ Ἀδάμ f. 320 v. Inscriptiones fere omnes neglexit incuriosus rubricator. Quam praemissimus, eandem ex folio 2 v. et 7 v. desumpsimus. Subscriptio: Δόξα τῷ Θεῷ, ἀμήν.

358. Chart. in 8, saec. XV-XVI, fol. 235; minutissime, parum eleganter exaratus. Olim Arsenii (episcopi) Monembasiensis (Michaëlis Apostolii filii), cuius et scripturam referre videtur. Codex duabus constat partibus, quarum utraque suam habet graecam numerationem, diversam ab illa latina quam sequimur, recentissime stilo plumbeo continua serie signata. Foliis prioribus numero undevicenis, codici posterius additis, insunt:

I. Rationes nonnullae, quae inc. Εἰς τὰς κβ τοῦ μαρτίου μηνὸς παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου Πετραντωνίου καρλίν. (sic) δύο f. 1. Sequuntur voces aliquot theologicae, ut ὅρος: ἄγγελος: δαίμων: θεός.

II. Index, litterarum ordine, verborum quae in hoc codice illustrantur, cum paginarum numeris, graece. Inc. Ἀγωγός οε. Ἀγώγιμα ος f. 3-13 v.

III. Iudicium Venetiis a decemviris contra monachum quemdam (καλόγερον), cognomento Bulgarem, latum, quo prohibetur quominus quid adversus catholicos sive dicat sive faciat. Inc. Εἰς αυογ μηνὶ αὐγούστῳ ιη, ἐγένετο ἀπόφασις f. 13 v.

IV. Graeca nonnulla ἀτάκτως scripta. Inc. Τὰς σημασίας τῶν

λέξεων f. 14. — Sequitur alius verborum index f. 14-17 v. — Folia demum 18-19 v. scriptura carent.

Manuelis Moschopuli Byzantii, Moschopuli Cretensis patruelis, Ecloga, litterarum ordine digesta, Atticarum vocum, quas praestantissimi veterum usurpant (sic). Inc. Τὸ ᾱ μόριον, ποτὲ μὲν δηλοῖ στέρησιν, ὡς ἐν τῷ ἄκλητος f. 20. Voces a Manuele illustratae iterantur omnes in margine. — Inscriptioni libri possessor praemisit haec: Τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστιν Ἀρσενίου τοῦ Μονεμβασίου.

(Anonymi capita duo Grammatica): I de Nominibus. Inc. Τῶν ὀνομάτων τινὰ μὲν δηλοῦσι πάθος· τινὰ δὲ ἐνέργειαν f. 85 v. — II de Verbis. Inc. Ἰστέον ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ῥημάτων τινῶν ἐνεργητικῶς λαμβανομένων f. 86.

Sapientis monachi Theoduli (vulgo Thomae) Magistri Thessalonicensis Ecloga vocum Atticarum (litterarum ordine digesta). Prolixioris inscriptionis prima tantum verba retulimus. Ecloga inc. Αἰχμάλωτον ποιῶ f. 94. — Sequuntur nonnulla (De accentu in syllaba ancipite). Inc. Τὰ δίχρονα, ὅτε τούτων ἔμπροσθεν κεῖνται δύο σύμφωνα, ὀξεῖαν ἔχουσιν. — Folia 172 v.-175 vacua.

Georgii Lacapeni (sic, non Lecap.) Grammatica. Inscriptio in fronte deest. Subscriptio: Τέλος τῆς γραμματικῆς τοῦ Λακκαπηνοῦ. Incipit grammatica, seu lexicon, vocum significationem nullo ordine exponens: Γράφειν· τὸ συγγράφειν λόγον, ἢ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν f. 176 (alii codices praemittunt verba: Γράφειν ἐνεργητικὸν σημαίνει πέντε). Des. ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν. — Sequitur indiculus vocum imperfectus, cum paginarum numeris.

(De Praepositionum syntaxi). Inc. Ἡ ἐΝ πρόθεσις συντάσσεται κοινῶς μὲν δοτικῇ f. 219. Clauditur praepositionibus ὑπό, ὑπέρ. Ultima verba, ex quibus christianum esse auctorem evincitur: οἷον ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν. Lacuna inter f. 221, quo desinit caput de praepositione ἐπί, et f. 222 v. quo incipit illud de praep. ὑπό.

(De octo partibus Rhetorices). Inc. Πᾶσα γραφὴ ῥητορικὴ ἐκ μερῶν ὀκτὼ συνίσταται f. 224.

(Ratio formulaeque scribendarum epistolarum varii generis). Inc. Ὁ μὲν ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ ποικίλος τε καὶ πολυσχιδὴς ὑπάρχει f. 224 v. Adscribitur hic libellus ab aliis Libanio, ab aliis Theoni Alexandrino. Praeceptis subiiciuntur, tanquam paradigmata, epistolae plures.

Ioannis Argyropuli diaconi Prolegomena in Rhetorices progymnasmata. Inc. Ἐπειδήπερ ἡμῖν πρόκειται περὶ προγυμνασμάτων εἰπεῖν f. 228.

Excerptum ex Aëtio medico, De (inhibendo) capillorum defluvio. Inc. Πρὸς τὸ μὴ ἀποῤῥεῖν τρίχας f. 230. — Sequuntur: I. (novissima Beatae Virginis moriturae verba). Inc. Ἀπόστολοι ἐκ περάτων f. 230 v. — II. (Oratio eiusdem ad Filium pro mundo). Inc. Παρακαλῶ σε, υἱέ μου f. 230 v. — III. (Oratio ad B. V.). Inc. Ὦ δέσποινά μου ἁγία f. 230 v. — IV. (Medi-

camentum aptum ad narium mucum revocandum). Inc. Κισσοῦ χυλὸς ἢ καλαμίνθης f. 231; haec in schedula, — V. Pauca (de Propositione privativa, cui opponitur affirmativa). Inc. Ἐπεὶ δ' ἡ κατηγορικὴ τῆς στερητικῆς βελτίων f. 232. — Clauditur demum codex fragmento iatrico. Inc. Πεπίστευται δέ με μετὰ τὴν τῆς ἱερᾶς κάθαρσιν τοῦ Ῥούφου f. 232.

359. Chart. in 8, saec. XV, binis scriptus columnis, fol. 255. Olim Papae Nathanielis. — Foliis praeviis, nullo numero signatis, insunt: I. index Latinus; II. index Graecus, manu saec. XVI.

Gennadii Scholarii, Patriarchae CPolitani, de Processione Spiritus Sancti (contra Latinos) libri seu τμήματα VI. Inscriptiones omnes rubricatae, verbosissimae. I liber, capp. XIV, cum prooemio quod inc. Τὸν θεῖον λόγον καὶ τῆς ἀληθείας ἔφορον f. 1. — II, capp. XII. Inc. Οἱ μὲν οὖν τὸ σύμβολον f. 40. — III, capp. XIX. Inc. Ἀλλ' ἔνεστιν ἡμῖν, ἔνεστι καί f. 86 v. — IV, capp. VII. Inc. Ἀλλ' ἐπιφύονται πάλιν ἡμῖν οἱ Λατῖνοι f. 145. — V, capp. IX. Inc. Ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον αἴτιον εἶναι f. 176 v. — VI, cap. I. Inc. Τούτων προϋποτεθειμένων f. 209.

360. Chart. in 8, varia manu saec. XV exeuntis, fol. 346; fine mutilus. Folia 258-312, et 323-335 exaravit Michaël Apostolius Byzantinus. — Parisios vix dum migraverat codex iste, quum Romam reversus est. — Foliis praeviis inest index rerum Latinus.

Porphyrii in quinque voces Isagoge f. 4. — Sequuntur folia 21-23 sine scriptura.

(Nili Cabasilae liber De Spiritus Sancti processione). Inc. Πρῶτον μὲν ἀρχαία τίς ἐστι δόξα f. 24. — Seqq. folia 33 v.-35 vacua.

Libanii Sophistae Declamationes III, cum Monodia:

I. Parasitus ad coenam vocatus, equum ex Hippodromo accepit, quo citius aedes attingeret illius qui vocaverat. At equus, conspecta ante fores ara, metam esse ratus, iter flexit, correptumque parasitum secum abduxit, qui epulis frustatus, postridie se ipsum defert. Inc. Ἰσχύω μέν (Reisk. IV, p. 150) f. 40.

II. (Parasitus, nutritore suo ad philosophiam converso, se ipsum defert). Inc. Ἐὰν μὴ προλαβόντες (R. IV, p. 216) f. 45 v.

III. (Invidus, vicino repente locuplete facto, se ipsum defert). Inc. Ἀλλ' εἰ καὶ καλῶς (R. IV, p. 159) f. 52 v.

IV. (Monodia, seu lamentatio, super Iuliano caeso). Inc. (Ὦ) πόποι· ὦ (cod. ἢ) μέγα πένθος (R. I, p. 507) f. 69. — Folia 76 v.-79 vacua.

Aeliani Varia historia (vel potius excerpta de animalibus ex utraque Aeliani). Caput primum: Περὶ φαλάγγων f. 80; postremum: Περὶ μελιττῶν.

Hiatus immanis inter f. 89 et 96. Folium 89 des. Περὶ ἀηδόνος. Φιλόμουσος ἡ ἀηδὼν καὶ φιλόδοξος. F. 96 inc. ἐσθίει· καὶ λαγὼς ἁρπάζει· καὶ χῆνα καὶ ἄλλα.

PALAEPHATI, de fide carentibus historiis (liber primus). Inc. Τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα· τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γάρ f. 158. Cap. primum: De Centauris; postremum: De Phaone.

NONNI Abbatis historiarum (XLVIII), quas S. Gregorius Theologus in oratione funebri in S. Basilium commemorat, (brevis expositio). Prooemium inc. Οἱ τῶν ἔξω ῥήτορές τε καὶ σοφισταί f. 179. Opus in partes duas distinctum, quarum prior et altera totidem capitibus XXIV constant. Caput I partis prioris, praevio prooemio, inscribitur: Περὶ τοῦ Πέλοπος, postremum: Περὶ τοῦ τάφου τοῦ Μαυσωλοῦ. Cap. I partis posterioris incipit a Iove; ultimum inscribitur: Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων εἰς τὰ ζῷα τιμῆς. — Sequuntur folia 199-202 sine scriptura, paucis exceptis.

MOSCHOPULI (MANUELIS Byzantii) Technologia et explanatio dictionum, quae in Homeri Iliadis libris duobus prioribus occurrunt. Inc. Μῆνιν· ὀργίζεσθαι· θυμοῦσθαι· καὶ χολοῦσθαι ταὐτόν f. 203. Des. κατὰ συγκοπὴν ἔσπετε.

(Fragmentum) HERODIANI: Περὶ τοῦ Ἔστιν. Inc. Τὸ Ἔστιν ἡνίκα ἄρχει (l. ἄρχῃ) λόγου, ἢ ὑποτάττεται τῇ Οὐ ἀποφάσει, ἢ τῷ Καὶ συνδέσμῳ f. 256. Des. γέλως ἐστί· λόγος ἐστίν. — Praemittuntur verba: Θεοτόκε, βοήθει μοι τῷ ἁμαρτωλῷ Θεοδώρῳ.

(Senarii XVI de Fortuna contemnenda). Inc. Ὅπως τὸν ὑψοῦ, τὸν χλιδαῖς ἠσκημένον f. 256. — Sequitur fragmentum epistolae. Inc. Τὸ δὲ ὅπως ἡμῶν ἐγκυτάτῳ σοι καταλύσαντι χθές που. — Fol. 257 vacuum.

MICHAËLIS, presbyteri et Syncelli throni Apostolici Hierosolymorum, Methodus de Syntaxi orationis, ex tempore confecta (cod. σχεδιασθεῖσα) Edessae in Mesopotamia, postulante Lazaro diacono, philosopho ac Logotheta. Capitibus constat XXII, praevio prooemio, quod inc. Ἡ περὶ τῆς τοῦ λόγου συντάξεως διδασκαλία f. 258. Cap. I inscribitur: Περὶ τοῦ ποσαχῶς ὁ λόγος. Inc. Ἐπεὶ δὲ περὶ λόγου εἰπεῖν προεθέμεθα. Cap. XXII: De Coniunctionum syntaxi. Inc. Διὰ τῶν συνδέσμων, τὰς ἐκ τῶν ἄλλων ἑπτὰ μερῶν f. 307. — Subscriptio librarii f. 312: μιχαῆλος ἀποστόλης (sic) βυζάντιος, πενίᾳ συζῶν, καὶ τόδε ἐξέγραψα. — Sequuntur folia alba 312 v.-314.

Anonymi de Figuris et Tropis (oratoriis). Inc. Διαίρεσις δέ ἐστι συλλαβῆς μικρᾶς ἀνάλυσις f. 315. Tropi recensentur XXVI, quorum primus: Ἀλληγορία; ultimus: Ὑστερολογία. Explicantur singuli fusius.

De Tropis poeticis. Sunt numero XXVII, superioribus uno tropo insuper addito. Inc. Ἀλληγορία ἐστὶ λέξις ἕτερον λέγουσα f. 320.

MICHAËLIS APOSTOLII Byzantii Ἐπιδιόρθωσις τῶν ποιητικῶν τρόπων πάντων ὅσοις ἐνέτυχον ὁπηδήποτε, διεφθαρμένων ὄντων τοῖς γραφεῦσι, ὑπό τε χρόνου καὶ λήθης καὶ ἀμαθίας. Sic Michaël suam ipse poeticorum troporum emen-

datam recensionem inscripsit, ut in cod. 100 f. 143. Inc. Ὅρος φράσεως: φράσις ἐστὶ λόγος ἐγκατάσκευος f. 323. Clauditur capite: Περὶ παροιμίας. — Integrum libellum sequuntur folia 335-338 vacua, paucis exceptis. — Folio 338 v. leguntur versus quatuor ex Iliade (XI, 15-16, 161-162), quorum duobus prioribus praefiguntur verba: Ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν; posterioribus: Κατὰ ἀστεϊσμόν.

(De Lapidibus et Gemmis XXVI). Primus: Crystallus. Inc. Λίθος κρύσταλλος· ὁ πᾶσι γνώριμος· οὗτος ὀνομάζεται μὲν ἀπὸ τῆς κρυσταλλοειδοῦς καὶ διαυγοῦς ὄψεως f. 339. Ultimus: Chalcedonius. Des. ὥσπερ ὁ μαγνίτης (sic) τὸν σίδηρον· γίνεται δὲ ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Verba ultima γίνεται etc. in imam paginam reiecta sunt.

361. Chart. in 16, varia manu saec. XV, fol. 271.

(De Spiritus Sancti processione), fragmentum initio ac fine mutilum. Inc. . . . . προερχόμενον· καὶ οὐχ' ἅμα τὰς τρεῖς θεαρχικὰς ὑποστάσεις f. 1. Des. πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος; οὐ μόνον γὰρ τὸ πλὴν τῆς. . . . — Sequuntur folia 42-45 vacua.

Nicolai Magistri Hydruntini Ἔλεγχοι, seu argumenta, contra Latinos. Inc. Ὡμολόγηται, ὅτι καὶ ὅλη θεότης μονάς ἐστι f. 46. — In fine locus S. Gregorii Nysseni de S. Trinitate f. 52 v.

Nicetae Sidensis (cod. τοῦ Σεῖδου), qui imperante Alexio Comneno vixit, (tractatulus): Vetera non esse omnino novis venerabiliora, atque ita nec Veterem Romam Nova, nec sedem sede. Inc. Πολλὰ μὲν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, τὰ διϊστῶντα (sic recentiores pro διϊστάντα) ὑμᾶς ἀφ' ἡμῶν f. 54 v.

De Iudaeorum captivitate, (seu Disputatio contra Iudaeos de vana ipsorum expectatione), fine mutila. Inc. (Ο)ὐεσπασιανὸς υἱὸς Νέρωνος ἐβασίλευσεν ἔτι (l. ἔτη) ῑ f. 61 v. — Folio 63 v. in ima pagina, additur S. Maximi Scholion in XXX denarios. Inc. Ἰστέον ὅτι τὰ λεπτὰ καλοῦνται ἀσάρια (sic, ut alias, pro ἀσσάρ.).

Ioannis, Patriarchae Hierosolymitani, (Disputatio) de Azymis cum Italo. Inc. Ἐρώτησις Ἰταλοῦ. Παρὰ τοῖς παρ' ἡμῖν εὐαγγελίοις f. 86. Prooemium, quod hic desideratur, invenitur in cod. Palat. 356, f. 88.

De Processione Spiritus Sancti, dialogus Latini et Graeci. Inc. Ὁ Λατῖνος: Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα f. 94.

De Azymis, dialogus Latini et Graeci. Inc. Ὁ Λατῖνος: Ἄζυμος ἦν ὁ παρὰ τοῦ Κυρίου f. 106 v.

Euthymii Zigabeni (tractatulus): Christum magna quinta cum discipulis suis legale Pascha celebrasse. Inc. Ὀψίας γενομένης f. 123 v.

Ioannis, Metropolitae Claudiae, de Azymis et de Suffocatis etc. epistola. Inc. Ἐπειδή σοι μαθεῖν ἔρως (cod. ἔρρος), τιμιώτατε πάτερ, ἀπ' ἐμοῦ τοῦ εὐτελοῦς περὶ ἀζύμων καὶ σαββάτων f. 125.

De (Ieiunio in) Sabbatis. Inc. Ἡ θεία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος f. 141.

De sacra Anaphora. Inc. Πόθεν δὲ καὶ τελείαν ἀναφοράν f. 143 v.

De Coniugio (Clericorum). Inc. Τοῦ μὲν γὰρ γάμου κολύοντες (sic) τοὺς ἱερεῖς f. 146.

De Baptismo. Inc. Φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος εἰς τὸν λόγον τῶν Φώτων f. 150 v.

Gregorii, sanctissimi Papae Romae, (ad Archiepiscopum Barensem) epistola. Inc. Τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ σοῦ Γραϊκούς f. 152 v.

Mulieri nefas esse ad sanctum altare accedere. Inc. Τὸ τὰ τῶν πατέρων ὅρια μεταβῆναι f. 153.

S. Cyrilli Constitutiones. Inc. Μὴ πολυπραγμονεῖς (l. - νῆς), ἃ μηδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔγραψεν ἐν γραφαῖς f. 155. — Alia sequuntur de Spiritu Sancto ex Augustino et Hieronymo.

Ex Xiphilino, de Mundi creatione. Inc. Ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, τοῦτ' ἔστιν, ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς f. 156.

Ioannis Monachi ac Prioris (cod. πρώτου) montis Gani (in Thracia), responsio ad epistolam Mediolanensis Episcopi, (de Processione Spiritus Sancti). Inc. Ὁ Λατῖνος: Ἀλλ' ὑμεῖς μέν, φησίν, οἱ Γραϊκοί f. 157.

De Processione Spiritus Sancti tractatus anepigraphus (sic). Inc. Ξένη τίς ἐστιν ὡς ἀληθῶς καὶ ἀλλόκοτος f. 159 v.

Cur in altaribus sacra liturgia semel, non bis neque ter, eadem die a sacerdote celebretur. Inc. Τὸ θυσιαστήριον τὸ ἅγιον τύπον ἔχει τοῦ Θείου f. 168.

S. Gregorii, Neocaesariensis Episcopi, Fidei expositio. Inc. Εἷς Θεὸς καὶ Πατήρ, Λόγου ζῶντος f. 169.

Ex S. Gregorio Nysseno, de Sancta Trinitate. Inc. Ὅτι ὁμοούσιος, καὶ ὅτι ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι μία Θεότης f. 169 v. — Alia sequuntur eadem de re excerpta: I. ex S. Augustini libro dogmatico ad Felicianum. Inc. Ποία τοῦ πυρὸς ἡ δύναμις σκοπήσωμεν f. 171, — II. ex S. Nilo. Inc. Τριάδα μὴ περιεργάζου f. 171 v.

Quaestiones cacodoxi cuiusdam ad magnum Dionysium, cum responsionibus. Inc. Ἐπαύσατο γεννῶν ὁ πατὴρ ἢ ἔτι γεννᾷ; f. 171 v. — Sequuntur: Testimonia ex Iudaeis (sic) petita de Adventu Domini. Inc. Ὅτι δὲ ἐλήλυθεν δὴ ὁ Χριστός, Δανιὴλ ὁ προφήτης f. 171 v.

Antiochi ad magnum Athanasium quaestiones. Inc. Ἐὰν ἐν καιρῷ ἑορτῆς f. 172 v.

Discretio rerum naturae (quaestiones theologicae). Inc. Τῶν πραγμάτων τὰ μέν εἰσι κυρίως καλά, τὰ δὲ κυρίως κακά f. 176 v.

De Animae facultatibus. Inc. Πέντε εἰσὶ τῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις f. 179. — De eodem argumento fusius f. 179 v. Inc. Ἰστέον ὅτι πέντε εἰσὶν αἱ τῆς ψυχῆς αἰσθήσεις. Differt uterque tractatulus ab illo Michaëlis Pselli.

Ex S. Basilii Asceticis: de Statu solitario, seu Qualem canones requirant monachum. Inc. Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων f. 182 v.

(In Vetus Testamentum allegoriae aliquot) ex Basilio, Cyrillo Alexandrino, Severiano, Severo, Serapione, Theodoreto et Theophilo. Inc. Καλῶς τὸ πᾶν τῷ ὄφει περιάψασα (ex Theodoreto) f. 188.

Ex Cyrillo Hierosolymitano: Ὅτι οὐ κατ' ἀστρολογίαν τὰ καθ' ἡμᾶς (i. e. Res humanas non ex astrorum effectibus pendere). Inc. Οὐ κατὰ γένεσιν ἁμαρτάνεις, οὐδὲ κατὰ τύχην πορνεύεις f. 196 v. — Sequuntur alia eadem de re ex Athanasio Alexandrino. Inc. Εἰ δὲ ἦν καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον ἀστήρ f. 196 v.

Quaestio Latini cuiusdam Veneti de Zeo (seu de aquae calidae ad calicem eucharisticam admissione), ad Patriarcham CPolitanum. Inc. Διατί μὴ ἀρκεῖσθαι (l. ἀρκεῖσθε) ἐν τῇ ἑνώσει τῷ ὕδατι f. 197 v.

Nicetae, presbyteri et monachi Studitae, de Zeo tractatus. Inc. Ὁπηνίκα τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ f. 201 v.

Ex Epiphanio Cyprio de Azymis. Inc. Ἐπὶ δὲ Μωσέως καλέσατε, εἶπεν, Ῥαγουήλ f. 203 v. — Praeit similis libellus ἀδέσποτος, qui inc. Ἐν τοῖς ἀζύμοις οὐδεμία ἐστὶ ζωτικὴ δύναμις f. 203.

Interpretatio versiculi Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Inc. Ἑκάστη λέξις πεπληρωμένη f. 204 v. — Differt haec interpretatio ab illa Michaëlis Pselli.

(Anonymi) de Azymis libellus. Inc. Ἐν τρισὶν ὕλαις ἐτέλουν οἱ Ἰουδαῖοι τὸ Πάσχα f. 206.

Contra Iconomachos, excerpta ex Nicephoro et Photio, Patriarchis CPolitanis, et ex Theodoro Studita. Inc. Ἀρχέτυπόν ἐστιν ἀρχὴ καὶ παράδειγμα f. 208.

Contra Sabellianos (et Arianos), ex Cyrillo et Gregorio Theologo. Inc. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν f. 212.

(Michaëlis) Pselli Solutio argumentorum, quae contra Dei filii incarnationem in medium adducunt Saraceni, Gentilesque omnes. Angustius coarctavimus prolixam inscriptionem, quae sic incipit: Λύσις τῆς κοινῆς ἀπορίας ἁπάντων τῶν ἔξω τοῦ ἡμετέρου δόγματος τῶν Χριστιανῶν, ἣν οὕτω προσφέρουσι λέγοντες etc. Inc. Ταύτην τὴν ἀπορίαν οὐκ Ἀγαρηνοὶ μόνον f. 214.

Ex Chrysostomo, de Ligno scientiae boni et mali. Inc. Ἀλλὰ μή τις ὑπολάβοι ὅτι τὸ ξύλον f. 216.

Ex Chronographo (sic), a Caino usque ad Herodem Agrippam. Inc. Ὅτι ὁ Κάϊν πρῶτος ἐν ἀνθρώποις φονεὺς ἐγένετο f. 217 v.

Ex Niceta, Serrarum (Episcopo): Περὶ τοῦ χειρογραμμάτου τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας, (seu de Chirographo de quo Paulus ad Coloss. II, 14); excerptum (sic pergit codex) ex commentario capitis in S. Cyprianum, cuius initium hoc: Πᾶσι μὲν δὴ μάρτυσι πανηγυριστέον. Inc. Προσηλωθῆναι

προσηλώσει τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· ἐξαλείψας γὰρ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον f. 226. — Sequitur vacuum folium 227, etsi nihil desideratur.

(Senarii VII gnostici?): Πρώτου φάους (τὸ) δεύτερον θεῖον σέλας, || τρίτου φωτὸς φώτιζε τὸν τριττὸν ζόφον· || καὶ τὴν τετρακτὺν (cod. - τὴν) τῶν θυρῶν τὴν πεντάδα (cod. - έδα)· || τὴν μέν, χαλίνου· τὴν δέ, σωφρονεῖν δίδου· || τῆς ἑξάδος γοῦν τὴν διπλῆν ἀταξίαν, || μερῶν μελῶν τε τὴν δυσεύδαιμον θέσιν || πρὸς τάξιν ἰθύνειας ἐν ὅσῳ σθένει f. 227 v.

Epicteti Enchiridion, (ad Ascetarum usum a S. Nilo, ut ferunt, accommodatum), fine mutilum. Inc. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν f. 228. Capitum divisio alia est quam apud Migne (*Patrol. gr.* T. LXXIX, *col.* 1286). In margine scholia pauca, et notae aliquot grammaticae manu recentiore. Scholium primum de Arriano Enchiridii auctore est Simplicii, qui Συμπλόκιος (sic) ὁ διάδοχος in codice dicitur. Clauditur liber capite LXXV, et quidem verbis: Εἰ μὴ Παῦλος εἶ, ὡς Παῦλος εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν, quibus et haec adduntur, quae in edd. ad ultimum caput LXXIX spectant: ἀποκτεῖναι μέν τίς με δύναται, βλάψαι δὲ οὔ.

(De Mundi aeternitate). Inc. Τινές φασι συνυπάρχειν f. 249 v.

De Definitione et Divisione. Docta ac prolixa disquisitio inc. Ὅρος λέγεται καὶ τὸ ὁροθέσιον f. 250.

De Experientia, Peritia, Arte et Scientia tractatulus, in quo et de Animae facultatibus. Inc. Ἡ γνῶσις, ἢ ἄνευ λόγου ἐστίν, ἢ μετὰ λόγου f. 261. — Caput de Animae facultatibus inc. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων f. 263 v.

(De Spiritus Sancti processione et missione, disceptatio Latini et Graeci per syllogismos). Inc. Εἰ ἡ πέμψις τῇ ἐκπορεύσει ταὐτόν f. 226. Praeit invocatio: Παρακλητικὸν ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, βοήθησον ἡμῖν.

Nestorii, cognomento Dialogi, de Igne purgatorio (libellus). Inc. Ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· Πορεύεσθε ἕως τὸ φῶς ἔχετε (cod. πορεύεσθαι... ἔχεται) f. 270.

362. Chart. in 8, saec. XV, diligenter scriptus, fol. 86. Olim Georgii comitis Corinthii. — Folio primo praevio leguntur haec, a tergo, litteris rudissimis: *στυμιανὸς πρωτοπαπᾶς τοῦ μεγάλου παλατίου· ἐπὶ νικήα? τοῦ Φωκᾶ.*

Nicolai Cabasilae Enarratio S. Liturgiae. Capitibus constat XLVI, quorum index operi praemittitur. Caput primum inscribitur minio: Cur non ab initio pretiosa dona altari imponantur. Inc. Προσήγετο δῶρα τῷ Θεῷ παρὰ τῶν παλαιῶν f. 1. Cap. ultimum, alia manu suppletum: De populi post sacram Communionem gratiarum actione, et de ultima precatione. Inc. Ὁ δὲ ἱερεὺς τοὺς μεταλαβόντας τῶν μυστηρίων. — In summo margine folii 1 haec possessoris manu scripta leguntur: Ἡ παροῦσα βίβλος κτῆμά ἐστι Γεωργ(ίου) κόμ(ητος) τοῦ Κορινθίου.

363. Chart. varia manu saec. XV vitiosissime scriptus, fol. 414; folia 5-11 saec. XVI. Madore in fine male habitus codex, farraginem continet collectaneorum. Olim Papae cuiusdam Nathanielis (f. 11 v.).

(Troparia quaedam ecclesiastica), cum notis musicis f. 1. Verba graeca notis subiecta nullo, ut solet, signantur accentu. Melodorum nomina ubique omittuntur. — Fol. 9 vacuum.

(S. Basilii Quaestiones de Sacerdotio, cum S. Gregorii Theologi responsionibus). Inc. Ἐρώτησεν ὁ μέγας Βασίλειος τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον· ἤγουν διὰ τί ἱερεύς f. 12. — Praeit index rerum latine.

Athanasii, patriarchae Alexandrini, Quaestiones (ad Antiochum), de rebus multis ac necessariis in S. Scriptura controversis, quas nemo christianus ignorare debet. Quaestio prima: Quis sit Deus f. 13 v. — Lacuna ab ultimis fere verbis Responsionis ad Quaest. XI usque ad Quaest. XIX, cuius Responsio, initio mutila, inc.... μετὰ ὑελλοῦ (sic pro ὑέλου) καθαροῦ καὶ λεπτοτάτου (f. 18). Textus ab illo edito dissentit saepissime. Quaestionem XX, quae ultima est in edd., aliae excipiunt innumerae, quarum prima: Τί Θεός, καὶ κατὰ τί Θεός· καὶ ποσαχῶς νοῆται (l. νοεῖται) Θεός etc. — Quaestiones clauduntur nominibus Septem Dormientium Ephesi, imperante Theodosio. Inc. Ταῦτα δέ εἰσιν τὰ ὀνόματα τῶν ζ̄ παίδων, Μαξιμιανός, Ἰάμβλιχος etc.

De Danielis prophetae extrema Visione. Inc. Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ f. 47.

Michaëlis Syncelli de Fide Orthodoxa libellus. Inc. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν f. 49.

(Scholion in illud Salomonis): Tria sunt difficilia mihi cognitu, et quartum penitus ignoro (Prov. XXX, 18, 19). Inc. Ἴχνη ἀετοῦ πετομένου ἡ τοῦ δεσπότου μου Χριστοῦ ἀνάληψις f. 51 v. — In fine, Doxologia litteris grandioribus scripta.

(S. Maximi Confessoris Epistolae duae). Prima (ad sanctissimum presbyterum) inc. Τὴν ἁγίαν σου, θεοτίμητε πάτερ, ἐπιστολὴν ἀναγνούς, ὅλον ὅλῳ τῷ πνεύματι f. 53. — Altera (ad Sophronium monachum, cognomento Εὐκρατᾶν) inc. Ὁ κατὰ σάρκα πόθος χρόνῳ μαρένεσθαι (l. μαραίν.) πέφυκεν f. 53 v. Uncinis inclusa desumpsimus ex codd. Vat. 504, 505.

Σχέδη parva (seu Grammatica exercitia in thematis investigandis). Primum σχέδος (non σχέδη), seu thema, cuius singula verba grammatice dispiciuntur, inc. Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου f. 55 v. Analysis inc. Ἀρχή, ἀπαρχὴ καὶ καταρχή: η̄ γράφεται. Cf. cod. 92, ubi Moschopuli grammatica eiusdem generis, cum nostra tamen non permutanda. — Sequuntur folia 83 v.-84 sine scriptura.

In Annuntiationem S. Deiparae (inter spuria S. Io. Chrysostomi). Prologus inc. Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς συνάξεως f. 85. Poema potius quam

homilia, etsi soluta oratione scriptam, seu, si mavis, fabula sacra scenica, sic inscribenda: Mysterium Annuntiationis, cuius dramatis personae sunt: Chorus populi, Archangelus Gabriel, Beata Virgo. Iosephus. — Prologum excipiunt: I. Χαιρετισμοί seu salutationes, quae omnes a voce χαῖρε exordiuntur. Inc. Χαῖρε, κεχαριτωμένη f. 86 v. — II. Allocutio Archangeli ad B. V. litterarum ordine pertexta. Inc. Ἄκουε, δεδοξασμένη f. 88 v. — III. Responsio B. Virginis. Inc. Νεανίσκε, χαρᾶς ἐπουρανίου πρόξενε f. 92. — IV. Laudes, quibus Iosephus sponsam prosequitur, litterarum ordine pariter contextae. Inc. Ἀστῶν σε παρελαβόν f. 92. — V. Acclamationes populi. Inc. Ἡμεῖς δέ, δεσμῆτορ f. 96 v.

Gregorii, Tauromenitani Episcopi, homilia ob metum mortis habita (sic). Inc. Τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω πρὸς τὴν ἔνδοξον τοῦ Θεοῦ καθ' ἡμῶν ἀγανακτησιν f. 98.

S. Io. Chrysostomi sermo de Ariditate f. 104.

(Excerpta ex) Hippocratis libro ad Galenum (cod. Γαλινον discipulum. de Humoribus et temperatura corporis humani. Cod. habet Περὶ σοιγμῶν pro χυμῶν: correxit Sylburgius. Inc. Τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐκ δ' χυμῶν συνίστατα: f. 108.

De Christi incarnatione, miraculis, passione et resurrectione, deque eius adventu altero, testimonia ex sacris litteris. Inc. Δαυὶδ λέγει ἐν τῷ ρθ' ψαλμῷ f. 108 v. Opusculum fine mutilum. — Sequitur fol. 110 v. vacuum.

Matthaei (Blastaris) tractatulus de S. Paschate (ex Solis et Lunae cursu), excerptus ex Syntagmate eiusdem), littera π'. cap. ϛ': fine mutilus. Inc. Εἶτα τὰς μὲν ἄλλας τῶν ὑποθέσεων f. 111. — Sequitur, folio 123, tabula Solis cyclorum.

De Paschate legali et plenilunio. Inc. Ἄριστα μὲν πάντων f. 123 v.

Excerpta (ἔρανος) ex cap. VIII litterae π' de Connubiorum gradibus. I: de Adoptione et Successione. Inc. Ἡ δὲ θεσις ἡ κατὰ υἱοθεσίαν f. 126.

Ex Lege, de Consuetudinibus Ecclesiae non scriptis, littera ε', cap. II. Inc. Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς Διόδωρον ἐπιστολῇ f. 130.

De XII signis Zodiacis, (quorum characteres et effectus breviter significantur). Inc. Κριὸς λέγεται, διότι ἐν αὐτῷ γενόμενος ὁ ἥλιος διαφαίνει τὸ ψυχρόν f. 133. — Signa zodiaca in margine notantur.

Diaetae corporis ordo, amico ab amico praescriptus. Quid sibi velit auctor, et a quibus verbis exordiatur praescriptio eius insulsa, non sumus assequuti. En quae initio habet codex: Περὶ τάξεως καὶ διαίτης σώματος· πόνημα πιστοῦ φίλου πρὸς φίλον· τοῦνομα διπλοῦν· τοῦ μουσταχίου· πρὸς τοῦνομα δὲ τὸν ιγ' δ'. καὶ χαίροις, ὦ φίλε, τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· καὶ τῶν ἐμῶν φιλουμένων θαυμασιωτάτων. Διότι ἐρῶ ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγείας τοῦ ἡμῶν σώματος (! f. 134. — Sequitur alius eiusdem ad eundem tracta-

tulus, fine mutilus: De Quatuor temporibus. Inc. Ἄκουε δὲ περὶ τῶν δ' καιρῶν τοῦ χρόνου f. 135 v.

(De Libris Veteris Testamenti, iussu Ptolemaei Philadelphi in linguam Graecam conversis, et in primis de Daniele, quem Arabes, auctore duce Amania, qui terras CPoli finitimas tempore Constantini populatus est, in suum transtulere sermonem). Rubricator, ut aiunt, inscriptionem vix inchoatam (legitur tantum vox διάταξις) in medio reliquit. Inc. Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος ὑπῆρχε βασιλεὺς ἔτι (l. ἔτη) λς' f. 145.

(De Eclipsium significatione per singulos menses; Meteoroscopica alia, et de Terrae motibus). Praeit index in capp. XXV primi mensis, i. e. Octobris. Ceteri menses et sua habent capita, sed in margine notata. Inc. Μὴν Ὀκτόβριος (sic) ἔχων ἡμέρας λα', ὥρας ια', καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγ'. Τοῦτων τὸν μῆνα ἔχουν οἱ Ἕλληναις ἀρχὴν ἔτους· δι' αὐτοῦ δὲ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου ἄρχεται (sic omnino codex, in quo tot fere menda quot verba) f. 146.

Epiphanii, Archiepiscopi Cypri, Physiologus (Physiologia) cuiusque animalis, ferarum ac volucrum. Sic inscriptio, quae ita pergit: ἄρχεται περὶ τοῦ λέοντος βασιλέως τετραπόδων· (περὶ) οὗ Ἰακὼβ εὐλογῶν τὸν Ἰωσὴφ ἔλεγε· Σκύμνος etc. (Gen. XLIX, 9). Inc. Λέων τρεῖς φύσεις ἔχει f. 165. — Ἑρμηνεία inc. Οὕτως καὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη, διὰ τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἐγέρσεως. Opus, fine mutilum, exit in caput de Monocerote, et quidem in verba: καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος (cod. μόνοτος) τὸ κέρας ἡμῶν... — Sequitur spatiolum vacuum.

(Fragmentum fine mutilum de Epactis) f. 174 v. Codex pro ἐπακταί habet constanter ἐπαχθαί.

(Fragmentum, fine mutilum, Historiae Sacrae, ab Adamo usque ad Nebroth seu Nemrod). Inc. Ὅτε Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἐξῆλθον ἐκ τοῦ παραδείσου παρθένοι τῷ σώματι f. 175. Des. ἐκτίσθη ἡ μεγάλη Βαβυλών, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ Νεβρώθ... — Folia 176-177 v. fere vacua.

Symbolum Apostolorum. Inc. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν f. 177 v.

(Fragmentum, initio ac fine mutilum, Commentarii in Matthaeum). Inc. ...διατί λάθρα τούτους (i. e. Μάγους) ἐκάλεσεν; f. 178. Clauditur ultima Ἑρμηνεία verbis: μετέδωκεν τὸ μυστήριον τοῖς ἄλλοις μαθητῆς (sic pro μαθηταῖς). Singulis ἑρμηνείαις praefigitur κείμενον, seu textus. Non explanantur versiculi omnes cuiusque capitis, sed nonnulli tantum.

De VII Mysteriis (seu Sacramentis) fidei orthodoxae. Inc. Πρῶτον μυστήριον τῆς ἐκκλησίας f. 187 v. — De VII Peccatis capitalibus. Inc. Πρῶτον ἁμάρτημά ἐστιν ἡ ὑπερηφανία f. 188.

Grigentii (cod. τοῦ ἁγίου Γριγεντίου) Archiepiscopi disputationes tres cum Iudaeo Erban. Prima διάλεξις inc. Τῆς νυκτὸς διελθούσης, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνατείλαντος f. 188 v.

(Quaestiones variae theologicae) f. 233 v. Desumptae videntur ex opere scriptoris alicuius, cui nomen est Constantinus: ἐκ τοῦ παγιο̄ (sic, fort.

παναγιωτάτου) κωνσταντίνου. — Quaestio I Unde nomen Deus. Inc. Παρὰ τῷ θῷ τὸ (sic) κατασκευάζω καὶ ποιῶ· ἢ τῷ τρέχω f. 233 v. — II Nomen Adam quid contineat, — III Quot annos manserit Adam in Paradiso, — IV Iustorum animae quo sint in loco, — V Quot Angelorum agmina, — VI De XII superbiae capitibus, — VII Quot genera peccati et quot poenitentiae. Vide infra alias quaestiones.

De IV Evangeliis, quo tempore et a quibus scripta. Inc. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν f. 235.

Schematum Evangeliorum explicatio. Inc. Λέων τὴν βασιλείαν· βοῦς τὴν γεωργίαν f. 235. — Sequuntur ibidem: I. De Septem Caini peccatis, — II. Responsio medici ad monachum (ex Gerontico). Inc. Ἐρωτηθεὶς παρὰ μοναχοῦ τις ἰατρός.

(Quaestiones theologicae): I De triginta denariis Iudae solutis f. 235 v. — II De VII Baptismis f. 235 v. — III An peccatorum animae missis et eleemosynis, quae pro illis fiunt, adiuventur f. 236.

A Magarismo ad Ecclesiam se convertentes (cod. ἐπὶ χριστιανοὺς μαγαρίσαντας), quomodo accipi soleant. Inc. Ποιεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς νιστεύειν (l. νηστ.) ἡμέρας ζ' f. 236. In fine orationes a converso recitandae.

Excerpta (ἔρανος) ex Synaxariis mensis Septembris, Novembris et Octobris:

I. Vita S. Ioannis Nesteutae, (seu Ieiunatoris), Patriarchae CPolitani. Inc. Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου f. 238.

II. Narratio alia valde utilis (sic). Inc. Ἱερεύς τις μετ' εὐλαβοῦς διακόνου f. 239 v.

III. (Vita) S. Theodorae (Alexandrinae). Inc. (Ἡ) ὁσία Θεοδώρα εἰς ἄνδρα μετασχηματίσασα f. 241 v.

IV. In venerandam Crucem. Inc. Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν Χριστιανοῖς βασιλεύς f. 242.

V. S. Ioannis Theologi μετάστασις. Inc. Οὗτος ἦν Ζεβεδαίου f. 242 v.

VI. Narratio valde utilis. Inc. Μοναχός τις ἦν ἐν τῇ Σκήτει ὑπακούων πατρί (cod. ἐν τοῖς σκήτῃ ὑποίκων) f. 249.

VII. Narratio de miraculis S. Artemii. Inc. Ἀνήρ τις τοὺς διδύμους (cod. δυδίμους) ἔχων ἐξογκουμένους (cod. ἐξογχ^{ρ}ομένος) f. 249 v.

Prognostica ex animalibus (seu animalium gestibus). Inc. Αἶγες ἐπειδὰν προσέλθωσι τῷ σηκῷ f. 136 v. — Sequuntur: I. Nonnulla de Dialectis, anepigrapha. Inc. Ἐκλήθη Ἀτθὶς ἡ τῶν Ἀττικῶν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ θυγατρός f. 136 v. — II. (De Pentathlo). Inc. Τὸ ἔτασθλον (sic pro ἔαθλον, ubi ἐ = πέντε)· πυγμή· πάλη· πήδημα· βολὶς καὶ δρόμος f. 137.

Chalamae regis (Monodia, seu lamentatio in vitae vanitatem, iambico metro). Inscribitur: Τοῦ Χαλαμᾶ κυροῦ βασιλέως. Inc. Ὦ πλάνε βίε· τί πλανωμένη φύσις f. 137. — Sequuntur nomina Graeca Herodoti IX Musarum.

(Chronicon breve a Semiramide usque ad Ioannem Palaeologum); initio mutilum, ut in ima pagina verbis significatur: λύπη οἱ ἀρχή, i. e. λείπει ἡ ἀρχή. Desiderantur etiam nonnulla folio 143 v. ubi de stirpe Constantini Magni. Chronicon inc. Ἀνεφάνη καὶ ἕτερος γίγας Κρόνος λεγόμενος, υἱὸς Οὐρανοῦ (cod. οὖν, compendio male intellecto) καὶ Ἀφροδίτης f. 138. Des. οἱ δὲ Οὔγκροι (sic) εἰς τὴν Οὐγκρίαν· καὶ οἱ Βλάχ(αι) εἰς τὴν Βλαχίαν· γέγονε δὲ ὁ πόλεμος εἰς τὴν Βάρναν. Τέλος.

(Eugenii IV P. M. De concordia Ecclesiae Graecae et Latinae in Concilio Florentino); fragmentum fine mutilum. Inc. Εὐγένιος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ f. 151 v.

(Cleri Coronensis postulationis libellus de vitiosa Episcopi Bessarionis Spatharii ordinatione). Inc. Ἐπειδὴ παραχωρήσει τοῦ Θεοῦ διὰ τὰ συνεχῆ ἡμῶν παραπτώματα προχειρισθεὶς γέγονεν ἐπίσκοπος f. 151 v. Sequuntur expostulantium subscriptiones. — Clauditur demum codex: I. Possessoris verbis: ἔχω δὲ εἰς ἐνέχυρον τοῦτο τὸ βιβλίον ἐγὼ γεώργιος κόμ(ης) ὁ κορίνθ(ιος) διὰ ὑπέρπ(ερα) ε̄ etc. II. Nonnullis de Grypho, quae inc. Γρὺψ μέγιστον ὄρνεον καὶ πολύχρηστον f. 152 v.

Ad calcem folii 149 v. librarii, qui folia 120–149 exaravit, subscriptio: « *q̄sto libro ascrito* (sic) *nic° brurgnuda adi 22 de fr̄b* (sic) *1496* ». Subiecit alia manus haec: « *Nic° brurgni* (sic) *abita amaluarsia ascrito q̄sto libro come apar con testimognianze* ».

370. Chart. in f. saec. XV, fol. 254, ultimo vacuo. Numeri foliorum graece et latine. — Folio 2 v. index graecus, additis auctorum nominibus latine, saec. XVI.

Nemesii, Emeseni Episcopi, de Natura hominis liber, praevio indice.

Constat capitibus XLI, quorum primum: De Anima et corpore. Inc. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς f. 1 v.; ultimum: Quorum sit praevidentia.

Procli Diadochi Lycii Στοιχείωσις φυσική, seu Elementa physicae disciplinae. Inc. Συνεχῆ ἐστιν, ὧν τὰ πέρατα ἕν f. 59.

Aristotelis Physicae auscultationis libri VIII f. 71-150 v. — Ad calcem libri octavi, f. 150 v., monentur haec: « *Plagiarius et nebulo excidit Tractatum de Mundo* ».

Actuarii (Ioannis) Therapeuticae methodi libri IV-V. Ὠκταρίου habet inscriptio libri IV, Ἀκτουαρίου lib. V. Prooemium libri IV inc. Ἡ μὲν παροιμία φησί· χελώνης κρέα ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν f. 151. Cap. primum: De Curatione capitis dolorum. Ultimum: De Ulcerum curatione. Libri V prooemium inc. Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέτταρσι βιβλίοις f. 189. Cap. primum: In Febriculosos. Ultimum: De Emplastris ex Galeno.

371. Bombyc. in 8 parvo, bina manu saec. XIV, fine mutilus, fol. 290, quorum nonnulla in medio vacua et alia blattis corrosa. Folia 233-241 post f. 249 quaerenda. Olim Papae Nathanielis.

(Ex Leonis Imp. utriusque Iuris epitome tituli X, a fine tituli II usque ad XI). Titulus II, initio mutilus, inc.....φιλαγάθως δεῖ τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν f. 3. Litterarum compendia in hac epitome (f. 3-24) sunt creberrima.

Leonis et Constantini Imp. Legum epitome, ex Institutis, Digestis, Novellis, Constitutionibus Iustiniani etc. praeviis prooemio et indice titulorum XXXVI. Inscriptionem desumpsimus ex f. 32. Prooemium inc. Τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν f. 25. Titulus primus: De Sponsalium Constitutione. Ultimus: De Haereticis, et Ne Christianus mancipium habeat Iudaeum vel Haereticum.

Excerpta quaedam iuridica, quorum titulus primus: De raptu ablatis rebus; ultimus: De expositis et humi repertis infantulis f. 165.

E Mosaicis legibus excerpta quaedam f. 175 v.

Rhodiae leges, (de re Nautica, et aliae ex Basilicis) f. 188 v.

Apostolorum Constitutiones de Episcoporum ordinatione f. 207 v.

Theodori Studitae responsio ad Naucratii discipuli quaestionem, an coronandi sint digami. Inc. Θερμὸς εἶ, ἠγαπημένον τέκνον, περὶ τοῦ ἐρωτᾶν καὶ μανθάνειν τὰ χρήσιμα f. 217.

De Connubiis cognationis causa vetitis Inc. Ἀδελφὸς ἀδελφὴν οὐ δύναται λαβεῖν f. 225.

Doctrina SS. Patrum de Sacerdotali statu; nec parvi pendendam esse S. Liturgiam. Inc. Πρόσεχε σεαυτόν (sic), ὦ ἱερεῦ, καὶ βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες f. 229 v. — Integram opellam sequuntur folia plura vacua.

Alexii Comneni Novellae duae. Prior: De Synallagmate seu contractu nuptiali. Inc. Ἡ μὲν παλαιὰ καὶ πρεσβυτέρα νομοθεσία f. 233 v. Altera,

(ad Nicolaum Curopalatam, magnum vigilum Drungarium), inscribitur: Περὶ τῶν ἐγκαλουμένων κατὰ ἀπόφασιν δικαστικῆς. Inc. Ἀγαθόν σου ζῆλον προμαρτυρεῖ ἡ ὑπόμνησίς σου f. 237 v.

Ioannis Patriarchae ad metropolitam quemdam decreta de Connubiis prohibitis, collecta per Nicetam (sic, non Nicolaum, ut habent Sylburgius et Catal. Pal. Vat.) diaconum et chartophylacem. Inc. Ὅτι μὲν ἐπὶ τῶν ἀθεμίτων ἢ κεκωλυμένων γάμων, f. 238 v.

(E Basilicis excerpti tituli aliquot). Prooemium inc. Μέλλων, ὦ θειότατε βασιλεῦ, κατὰ τὸ ἐπιτετραμμένον σοι f. 240 v. Titulus primus: De Statu hominum, ac divisione personarum et rerum f. 243. Ultimus: De Vi privata, ubi et caput de Abigeis (seu furibus iumentorum et pecudum), fine mutilum.

372. Chart. in 8, saec. XV, diligenter scriptus, fol. 397. Quaterniones suo quisque loco accurate notantur. Folia 379 v. et 380 atramento maculata, incolumi tamen scriptura. Olim Papae Nathanielis.

Anastasii presbyteri et monachi Sinaitae, Patriarchae Antiocheni, Anagogicarum contemplationum in Hexameron, (et quae deinceps sequuntur in Genesi, usque ad pelliceas vestes Adamo et Evae datas), Homiliae (cod. λόγοι) XII (ad Theophilum). Hom. XII, fine mutila, des. καὶ Θεοῦ ταῖς φύσεσιν ἢ ἐνεργείαις.... — Sequuntur media pagina folii 397 et folia 397 v.-399 sine scriptura.

373. Membr. in f. parvo, binis columnis, nitide scriptus, saec. X-XI, exceptis foliis suppletis, inter singulas homilias insertis, saec. XIII, et praeviis saec. XIV; fol. 436, quorum numeri graece ac latine signantur. Quaterniones suo loco graece notati. Discernuntur inter se singulae homiliae quadrato oblongulo aureo et ceruleo, cinnabari depictis inscriptionibus cunctis. — Foliis praeviis insunt: I. Senarii nonnulli in Chrysostomum sede sua expulsum. Inc. *Τὸν ἥλιον χραίνουσι πλασμάτων σπῖλοι, ‖ ὁ δ' ἀλλὰ φαιδρὸς πᾶσαν αὐγάζει χθόνα.* — II. Tabula rerum graece, initio mutila.

S. Ioannis Chrysostomi in Ioannis Apostoli Evangelium Ὑπόμνημα, seu commentarius. Constat Homiliis LXXXVIII, quarum postrema in verba Christi apud Ioannem: Simon Iona, amas me plus istis? Homilia XLVI fine caret, folio avulso. Singulis suum accedit ἠθικόν.

374. Chart. in f. parvo, saec. XIV, a perito exaratus calligrapho, fol. 244. Olim Papae Nathanielis.

Synesii philosophi, Ptolemaidos seu Pentapolis Cyrenaicae Episcopi, opuscula XI:

I. (Encomium) calvitii f. 1. Inscriptio miniata, ut omnes.

II. Dio, sive de suo ipsius instituto, f. 12.

III. Aegyptii, seu de Providentia, libri II, f. 24, 35.

IV. De Regno (ad Arcadium Imp.) f. 41.

V. Κατάστασις (cod. καταστασία), (seu Concio in laudem Anysii, Libyae praefecti) f. 55 v.

VI, VII. Homiliae duae breves, quarum prior (in verba Psalmi LXXV, 8: Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες etc.). Inc. Οὐ θήσομαι τὴν πανήγυριν f. 56. Altera (dicta in pervigilio Natalis Domini). Inc. Νὺξ ἱερὰ φῶς ἐνεγκοῦσα f. 56 v.

VIII. De Dono (astrolabii), dissertatio ad Paeonium, f. 57.

IX. Liber de Insomniis, cum Nicephori Gregorae commentario in margine, praemissa eiusdem praefatione, et cum glossis hic illic inter lineas minio descriptis, in fine omissis, f. 60. Folio 65 adumbratur Pythagorae ὀκτώχορδος lyra, de qua Synesius.

XI. (Κατάστασις ἐπὶ τῇ μεγίστῃ τῶν βαρβάρων ἐφόδῳ, seu Concio in maximam barbarorum incursionem), f. 83. Inscriptionem suppeditaverunt codd. Vat. 64, f. 107; 91, f. 210. Integra, etsi folium 86 v. vacuum.

Theoduli monachi (vulgo Thomae) Magistri Rhetoris Μελέται (seu Declamationes) X, praeviis argumentis, quae προθεωρίαι dicuntur:

I. Euphorionis patris pro Cynaegiro. Inc. Τὸ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι f. 87.

II. Polemarchi patris pro Callimacho. Inc. Οὐχ ὅτιπερ Εὐφορίων f. 92.

III. Pro Concordia ad Thessalonicenses. Inc. Οὔ μοι δοκῶ f. 98 v.

IV. In S. Ioannem Baptistam Encomium. Inc. Ἀλλ' ἐμοίγε f. 106 v.

V. Προσφωνητικὸς ad Angelum, magnum στρατοπεδάρχην (seu castrorum praefectum). Inc. Οὐκ ἄρα λόγος ἦν f. 118 v.

VI. Προσφωνητικὸς ad sapientissimum Theodorum Metochitam, magnum Logothetam. Inc. Πολλῶν καὶ μεγάλων f. 120.

VII. Προσφωνητικὸς ad Niphonem, Patriarcham CPolitanum. Inc. Ἐπειδὴ σὺ μέν f. 122.

VIII. Ad philosophum Iosephum, De rebus in Italorum et Persarum incnrsione gestis. Inc. Ἄλλων ἄλλοις διεξόντων f. 124.

IX. Ad Hierotheum, qui in Montem Atho secesserat. Inc. Καὶ μὲν σαυτῷ παντάπασι μάχῃ f. 128.

X. Πρεσβευτικὸς ad Imp. Andronicum Palaeologum; oratio fine mutila. Inc. Οὐ τὸ σεσυκοφαντῆσθαι f. 132.

Cyprii, Patriarchae CPolitani, orationes VI:

I. In S. Georgium magnum martyrem et τροπαιοφόρον. Inc. Ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις f. 138.

II. In S. Dionysium Areopagitam. Inc. Ἡ μὲν πρόθεσις τῷ λόγῳ f. 154 v.

III. In S. Marinam martyrem. Inc. Καὶ τὴν ἐκκλησίαν f. 167 v.

IV. In S. Euthymium Thaumaturgum, Episcopum Madytensem (in Thracia). Inc. Ἐπιτιμᾶν δικαίως ἡμῖν οἶμαι f. 178 v.

V. In mare Encomium, seu in universam aquae naturam. Inc. Θαυμάζων μὲν τῶν πραγμάτων ὁπόσα f. 194 v.

VI. Ad Imp. Andronicum Palaeologum. Inc. Ἐχρῆν μὲν ὡς ἀληθῶς f. 197 v.

Theodori Metochitae, magni Logothetae, in S. Marinam martyrem encomium. Inc. Ἐμοὶ δὲ καὶ οὐρανός f. 206 v.

(Eiusdem? in S. Io. Baptistam encomium), fine mutilum, folio 237 avulso. Inscriptionem inceptam (τοῦ σοφωτάτου, nec plura) in medio reliquit rubricator. Inc. Θεῖός τις ἔρως ἐμὲ τῶν ἐγκωμίων f. 211. Commemorat auctor Imperatricem Theodoram, filiumque eius Michaëlem, qui imaginum cultum restituerunt.

(De Canonibus astronomicis). Excerpta mutila, quae, ut pleraque id genus, incipiunt omnia a voce ὅτι. Inc. Ὅτι ἡ σύστασις τῶν κανόνων γέγονεν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείᾳ f. 238.

*375. Membr. in f. saec. XII, firma scriptus manu, medio fineque mutilus, fol. 283. Ex codicibus Parisios olim translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catal. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 347), et Wilkenius (p. 289). Verba plura accentu carent; iota mutum vel adscribitur, vel omittitur. — In uno ex foliis chartaceis praefixis, leguntur haec, latina manu: *Τούτου τοῦ βιβλίου τοῦ Πολυδεύκους τὰ φύλλα εἰσὶ δυακόσια* (sic) *καὶ ἐννείκοντα ἔννεα* (sic) *χαρτία, λέγω μεμβράνα, τοῦ Δομινικοῦ ἡγοῦν* (sic) *Κυριακοῦ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς.* — In codice insunt:

Valerii Harpocrationis Lexicon decem oratorum f. 1. Est epitome tantum, qualem Suidas suo Lexico inseruit.

(Iulii Pollucis Onomasticum, in libros X distributum). Desiderantur folia tria in medio opere: unum ante f. 166, quod continebat libri VII sectiones 146-155; alterum ante f. 217, in quo erant libri X sectiones 110-116; tertium demum ante f. 219, quo comprehendebantur libri X sectiones 135-141. Has lacunas supplevit ex editione Basileensi manus saec. XVI, in tribus foliis 226-228. Liber decimus caret praeterea fine, mutilo capite ultimo LIII, a verbis καλεῖται μὲν ἱστριάνον. προτόνιον. ἡμίμιτρον f. 224 v.

Ex Oribasii Hebdomecontabiblo, seu Synopsi medica, libri XXIV, XXV, qui sunt de Partibus corporis humani, ex Galeno, Sorano Ephesio, Lyco et Rufo. Lib. XXIV, initio mutilus, inc..... δεινοὶ τένοντας ὀνομάζουσιν f. 230. Lib. XXV, fine mutilus, exit in verba ἀνάλογον τοῖς ἐν χερσίν· οὕτω δὲ καὶ ὅσα... f. 283 v.

376. Membr. in f. saec. X ineuntis, exceptis prioribus septendecim foliis chartaceis in 4 saec. XV; fine mutilus, fol. 229, quorum multa membranacea madore deturpata ac lacera, chartaceaque omnia, in parte superiore, igni fuscata, incolumi tamen scriptura. Olim Protopapae cuiusdam Naupliensis.

Canones Apostolorum et Conciliorum, (a Nycaeno primo ad CPolitanum quartum), f. 1-95. Deest finis canonum concilii CPol. in Trullo, et initium canonum Synodi secundae Nicaenae, nempe prooemium cum tribus canonibus prioribus. — Accedunt nonnullae SS. Patrum epistolae canonicae: prima Dionysii Alexandrini ad Basilidem, postrema Athanasii Alexandrini ad Rufinianum, f. 95 v.-133 v. Canones Apostolorum et Nicaeni Concilii I, ex alio codice chartaceo ad lacunam supplendam in nostrum inserti, commentario instruuntur, qui inc. Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται; ceteri in codice membranaceo interpretatione omnino carent.

Ex Iustiniani Novellis capitula varia, quae sacris canonibus apprime concinunt, eorumque gravitatem et auctoritatem sanciunt, in ordinem digesta inquirentibus obvium etc. f. 135-153 v. Inscriptio prolixa inc. Ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν. Ex praemisso titulorum indice patet nonnulla in codice nostro circa finem desiderari.

Ex (eiusdem) Digestis (seu Pandectis), Institutionibus, Codice et Novellis excerpta varia eadem de re, fine mutila, f. 196.

377. Membr. in f. saec. X-XI, binis columnis, fine mutilus, fol. 294. Ultima folia madore valde deturpata et corrosa. Olim Papae Nathanielis. — Folio primo pariter membranaceo, nullo signato numero, inest index graecus in sequentes orationes:

(Symeonis Magistri et Logothetae, cognomento Metaphrastae, Sermones XXIV de Moribus, ex omnibus S. Basilii operibus selecti). In intercolumniis minio describuntur loca ex quibus haec excerpta desumpta sunt. Sermo primus: De Virtute ac Vitio. Inc. Ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν f. 1. Ultimus: De Honore parentibus exhibendo, de Senectute atque Iuventute f. 88^{b}.

(Theodori Magistri Sermones XXXII, ex variis Chrysostomi scriptis confecti). Inscriptionem petivimus ex codd. Vat. 581, 583. Sermo primus: De Patientia et Longanimitate. Inc. Εἰ βούλεσθε, προθῶμεν ὑμῖν f. 90. Ultimus: De Silentio et Secretis f. 284.

Theodori Magistri Pauli Apostoli encomium, e diversis Chrysostomi orationibus contextum. Inc. Τῆς μὲν ἐπιγραφῆς τῶν ἀποστολικῶν πράξεων f. 284 v. Fine mutilum, avulsis pluribus foliis, scisso etiam ultimo. Des. καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰς τὰ ταμεῖα...

378. Membr. in f. parvo, fol. 287, quorum 1-218 saec. X (excepto f. 102 saec. XIII), et 219 ad finem saec. XI; inserta sunt aliquot

chartacea saec. XV-XVI. Folium 95 rescriptum, ubi utraque scriptura saec. X. Constat codex duabus partibus (quarum altera fine mutila), numerorum serie non interrupta. Olim Papae Nathanielis.

S. Ioannis Chrysostomi in Genesin Homiliae XXX priores, quarum ultima clauditur principio capitis XI de Confusione linguarum. Verba plura vetustate obliterata. Inscriptiones omnes cinnabari depictae. Homilias sequentes suppeditat proximus codex 379.

379. Membr. in f. parvo, fol. 217, saec. XI, exceptis foliis chartaceis (1-44, 182-184, 186-187, 192 ad finem), bina manu saec. XV; fine mutilus. Olim Papae Nathanielis.

S. Ioannis Chrysostomi in Genesin homiliae XXXI-LXVII, quarum ultima fine mutila est, monente etiam librario: λείπει τὸ ἥμισυ τῆς σελίδος τοῦ πληρωθῆναι τὸν λόγον εἰς τέλος.

Ad calcem folii 145 habentur verba haec per monocondylia exarata, quae sane librarius ex veteri exemplari suo descripsit: ὁ δοῦλος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως λέοντος στέφανος.

380. Membr. in f. parvo, saec. XI, pessime scriptus, fol. 171. In inscriptionibus minio depictis omittitur spiritus asper in littera ρ initiali.

Ioannis Scholastici (vulgo Climaci), Abbatis in Monte Sina, liber (λόγος) asceticus, Φωτισμός dictus, quem ad Ioannem, Abbatem Rhaithenum, misit, quo rogante eum scripserat, f. 6 v. — Scalae huic paradisi, in XXX gradus distinctae, praefiguntur: I. Epistola Ioannis Rhaitheni ad Ioannem Climacum f. 1, — II. Index in XXX gradus f. 2, — III. Vita Ioannis Climaci a Daniele monacho Rhaitheno conscripta f. 2 v. — Ultimam ἀνάβασιν Scalae sequitur, veluti appendix, Epistola ad Pastorem f. 158.

381. Membr. in f. saec. XIII, fol. 384. Scriptus elegantissime, litteris (vetustate pallentibus) minusculis quidem, solitis autem longe grandioribus, et, monocondyliorum instar, orbiculatis. Litterae contra primae singulorum versiculorum, ut et inscriptiones, minio sunt depictae, cuius color integra fere folia coinquinavit. Picturis quatuor pervenustis insignis codex, quarum duae priores, in fronte positae, effingunt (ne singula persequamur) Davidem adolescentem, nudo capite, lyram pulsantem, eundemque regem ac prophetam, capite corona nimboque aureo redimito, stantem inter Sapientiam et Prophetiam, muliebri specie depictas, volumenque reclusum, quod in laeva tenet manu, digito monstrantem, dum dextra benedicit, Graecorum more. Alterae

binae (f. 170) Moysem referunt, tabulas legis in monte Sinai a manu Dei, e nube porrecta, accipientem.

Psalterium, (in Cathismata XX et στάσεις tres, Graecorum more, divisum) f. 1-336 v. — Sequuntur solita Cantica IX, cum precibus Zachariae prophetae ac pontificis, regum Ezechiae et Manassae, et S. Symeonis τοῦ Θεοδόχου. Accedit Oratio in Deiparam, quae inc. Πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπολαύσας δωρεῶν f. 377.

382. Membr. in f. parvo, saec. X, fol. 332, duabus columnis; madore initio, medio ac fine, cum scripturae detrimento, deturpatus. Margines superni plurimi sunt corrosi, incolumi tamen scriptura.

S. Ioannis Chrysostomi in Matthaei Evangelistae capita XX priora homiliae XLIV. Homiliae, quibus singulis suum accedit ἠθικόν, λόγοι nuncupantur in codice. Prima inc. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι f. 1. Ultima inc. Ὅπερ πρώην ἔλεγον.

383. Bombyc. in 4, saec. XIII, fol. 384, eadem, qua codex 381, manu exaratus, initio ac fine mutilus; bifariam divisus, ita tamen ut foliorum numeri sese continenter excipiant. Folio praevio inest tabula rerum latine scripta.

Pars prima:

(Apophthegmata Christiana, cum commentario), libris III distincta, quorum primus deest. Liber secundus constat sententiis LX, quarum desunt septem priores, et octavae superest tantum ultima vox μεταχείρημα, cum comment. qui inc. Ὅτι τοῦ βάρους τῶν ἁμαρτημάτων f. 1b. Tertius constat sententiis centum f. 9 v. Prima inc. Ἐπιβουλὴ τὸν κατὰ λόγον ἀγῶνα f. 9 v. Textus ipse grandioribus scriptus est litteris, ut in cod. 381, minutioribus commentarius. Ultima sententia inc. Εἰμὶ μὲν εἷς τῶν μὴ γνώμην Θεοῦ τελεσάντων.

Nicolai Muzalonis monachi, Cypri Archiepiscopi, (Fugae suae) recusatique episcopatus (defensio), carmine iambico. Prooemium inc. Ὁ τῆς σιωπῆς τῆς ἐμῆς οὗτος λόγος· || φεύγων διώκτας ἐξανίσταμαι θρόνου f. 39. Poema inc. Ἀεὶ μὲν ἐχρῆν ἐκδιδράσκειν ἐκ μέσου. Constat versibus 892.

(Pelagii) Patricii (de Christi vita, morte et resurrectione Homerocentones, cum Eudociae praefatione), quae incipit: Βίβλος Πατρικίοιο θεουδέος ἀρητῆρος f. 59. Poema inc. Πρήξιας ἀγγελέουσαν ἀνικήτοιο Θεοῖο. Ultimum folium chartaceum supplevit manus saec. XVI. In margine lemmata litteris rubris. Poema homero-centonibus 582 constans, des. κεῖνος δ' ὡς ἀγόρευε· τὰ δὲ νῦν πάντα τελεῖται.

Michaëlis Pselli scripta VII:

I. (Versus politici in Veteris Testamenti libros, ac praecipue in Psalmos eorumque inscriptiones). Poema initio mutilum, folio 70 avulso,

inc. Πρὸς δὲ καὶ τὴν δεκάπληγον ποινὴν τῶν Αἰγυπτίων f. 71. Constat circiter versibus DCCCXXXIII, computatis illis qui initio desunt.

II. (Aenigma ad Michaëlem Ducam, metro iambico). Inc. Γυνὴ ζύμη, βέλτιστε, καὶ σάτα τρία f. 84. Constat iambis IX.

III. (Carmen) in Fidei definitionem, (versibus politicis). Inc. Δέχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων f. 84.

IV. (Poemation de VII Synodis, versibus politicis). Inc. Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν συνόδων f. 85 v. — Nulla inscriptione, nulloque intervallo discernitur a superiore, ita ut altera eius pars esse videatur.

V. (Versus politici) in Psalmorum inscriptiones et διαψάλματα. Differt hoc poema, versibus constans CCLXXVIII, a superiore (f. 71). Inc. Οὐκ ἔστι τὸ ψαλτήριον, δέσποτά μου, βιβλίον f. 87.

VI. Διδασκαλία παντοδαπή, seu Omnigena Doctrina, in capita CXCIV distincta, ad Imp. Michaëlem Ducam. Inscriptio prolixa. Cap. I inc. Πιστεύω εἰς ἕνα πατέρα, τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ αἰτίαν f. 92. Ultimum inscribitur: Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν εὔθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα, sive: Quare carnes ex fico arbore suspensae molliores fiant. Cap. III, fine mutilum, des. ἐνυπόστατος δὲ λέγεται ὁ καθόλου ἄν(θρωπος). Capitis VI superest tantum finis, a verbis εἰ καὶ μηδὲν τούτων πρεσβύτερον, avulso folio inter f. 92 et 93.

VII. Physicarum Quaestionum solutiones compendiariae, ad eundem. Prooemium inc. Ὁ μὲν Πλούταρχος, ὦ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ, f. 144. Operis in libros V distincti, ut ex ipso patet prooemio, supersunt tantum in codice libri III priores. Lib. I, cap. I: Terram esse sphaerae similem f. 144 v. Lib. II, cap. I: De Elementis quae inter coelum et terram intersunt etc. f. 147 v. Lib. III, cap. I: De Coeli figura f. 149 v. Ex prooemio compertum est, egisse Psellum in libro quarto de Materiae forma ac natura, deque Anima ac Mente; in quinto de Prima rerum causa.

Christophori Patricii Mitylenaei Synaxarium iambicum, Sanctorum historiam per totum anni circulum, (i. e. a Septembri ad extremum Augustum, breviter exponens) f. 156. Singulorum sanctorum memoria disticho iambico continetur, praemisso argumento soluta oratione. Inc. Ἴνδικτον ἡμῖν εὐλόγει νέου χρόνου. — Pars I codicis clauditur mense Maio; continuationem suppeditat pars II, f. 200 v.-214 v.

Pars altera:

(Confessio Fidei, de S. Trinitate). Inc. Πατήρ, Υἱός, πνεῦμα ἅγιον, τρία Πρόσωπα, μία εἰκών f. 215.

Theodoreti, Cyrensis Episcopi, Historiae ecclesiasticae libri V, praevio indice in singulos f. 217. In margine passim scholia manu saec. XVI. Liber III (f. 303 v.) blattis alicubi et ipso atramento corrosus. — Folio 370, in ima pagina, inest nomen fortasse codicis possessoris, per monocondylia scriptum: Ματθαῖος διάκονος.

Catalogus praecipuorum Episcoporum, qui in Theodoreti Historia Ecclesiastica memorantur, nempe Romae, Antiochiae, Alexandriae, Hierosolymorum et CPolis. Inc. Μιλτιάδης. Σίλβεστρος. Ἰούλιος f. 382.

Theodoreti de Providentia. Ex X libris superest primi tantum initium. Des. ὁ τοῦ πάππου καὶ τὴν προσηγορίαν λαχών... f. 382 v.

384. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 250; fine mutilus, madore et aevo male habitus, marginibus haud paucis laceris, vel a bibliopego mutilatis, inscriptionibus plerisque, si miniatas excipias, ipsa charta combibitis.

(De Cognationis gradibus). Inc.... ἀλλὰ καὶ τὸ δύο ἀδελφοὺς λαβεῖν δύο ἐξαδέλφους f. 1.

E S. Basilio ad Amphilochium, de Trigamis ac Polygamis. Inc. Τὸν αὐτὸν ὥρισαν κανόνα f. 2 v. — Sequuntur alia ex eodem, eadem de re.

(De Catechumenis) f. 3. Inscriptio prolixa prorsus evanida. — Sequuntur nonnulla ex Theophilo, Alexandrino Episcopo, et Epistola ad Martyrium, Episcopum Antiochenum: Quomodo accipiendi sint haeretici, qui ad catholicam fidem se convertunt, f. 3 v.

Theodori Balsamonis, Diaconi Magnae Ecclesiae, Nomophylacis, Chartophylacis ac primi Blachernarum, postea Patriarchae Antiochiae totiusque Orientis, Commentarius, iussu (Manuelis Comneni) Imp. scriptus, in Canones Apostolorum, Conciliorum, Epistolasque Patrum canonicas etc. Fine mutilus, praevio indice generali f. 25. — Commentario praefiguntur sequentia eiusdem Balsamonis opuscula: I. (Epistola) de Rasophoris (sive monachis), ad (Theodosium) praepositum (καθηγητήν) Papicii monasteriorum f. 4, — II. Meditatio (μελέτη) de tribus σημαντρίοις, (seu signis, quibus ad sacras aedes convocantur monachi), f. 5 v. — III. Diagnosis de disceptata in synodo quaestione: Num unus et idem duabus sobrinis iungi debeat f. 10 v. — IV. Epistola de Ieiuniis, quae peragi debent (per singulos annos, ad Antiochenses), f. 11, — V. Epistola de Incensis, quae a Patriarcha dari solent, eo die quo Catechesis habetur, f. 13 v. — VI. Μελέτη de duobus Officiis, Chartophylacis ac Protecdici (seu primi Defensoris), f. 14 v. — VII. De non legendo libro mathematico, ad Metropolitam Philippopolis, f. 19 v. — Folio denique 9 leguntur nonnulla, quae inscribuntur: I. Παραίτησις τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ (sic) Θεοδώρου τοῦ κριτοπλ. — II. Περὶ μεταθέσεων.

385. Bombyc. et chart. in 8, fol. 187, quorum 1-72 et 107-120 bombyc. bina manu saec. XIV; 73-106, 121 ad finem, chart. varia manu saec. XV-XVI. Ex reliquiis quatuor codicum consarcinatus, miscellanea continet mutila, quae nullo inter

se, ut par est, vinculo consociantur. Folia alicubi madore vitiata.

Galeni Commentarius in Hippocratis Aphorismorum libros V; initio et fine mutilus. Liber primus incipit ab ultimis verbis aphorismi decimi quinti f. 1. Quintus mutilus est ab aphorismo XXXIX ad finem usque. Alicubi in margine lemmata et adnotatiunculae latine, manu saec. XVI.

(Hesiodi Opera et Dies) f. 73. Folia madore deturpata. Fine mutilum poema clauditur versu ὡς σ' ἂν (sic) χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἅρμενον (sic) εὕρῃς (v. 351 ed. Goettling).

(Eiusdem Theogonia) f. 83. Fine mutila. Ultimus versus: Καλλιρόη τέκε παῖδα, βροτὸν κράτιστον (sic pro βροτῶν κάρτιστον) ἁπάντων (v. 981).

(Aristotelis Categoriae), fine mutilae, f. 107. Cap. I: de Homonymis, (Synonymis, Paronymis) f. 107. Clauduntur capite VIII imperfecto de Oppositis, et quidem verbis: Δῆλον δὲ ὅτι καὶ περὶ (τὸ αὐτὸ ἢ εἴδει ἢ γένει) f. 120 v. Desunt ergo, praeter finem huius capitis, capp. IX-XII. Scholiola passim ac lemmata in margine a bibliopego mutilata. — Folio 114 v., in ima pagina, nonnulla leguntur ταχυγραφικῶς scripta, quorum sensus nos fugit.

(Nemesii, Emeseni Episcopi, de Natura hominis liber), praevio indice. (Cap. I: De Anima et Corpore f. 121 v.; ultimum, seu XLI: Quorum sit praevidentia). Omisit rubricator capitum titulos et numeros, primamque singulorum litteram.

386. Chart. in f. saec. XVI, fol. 145, quorum f. 1-105 v. exaravit Patavii a. C. 1550 Thomas Tribezanus I. C. Cretensis. — Foliis duobus praeviis inest, praeter indicem latinum: Inscriptio graece et latine, Maximi orationibus praemittenda, quas ad fidem codicis nostri in lucem edere instituerat Georgius Tannerus. Latina inscriptio, eadem quae graeca, sic se habet: « *Maximi Tyrii rhetoris et philosophi orationes, nunc primùm à Georgio Tannero Iurisc^to Austriaco graecè in lucem editae, ac Sereniss^o Maximiliano Archiduci Austriae et Regi Boëmiae etc. dicatae, Cosmo Pattio Florentino Archiepiscopo interprete* » f. 1 v. — Folio 3: Possessoris nomen: « *Sum Georgii Tanneri I. C.* (eadem et f. 66, addito: *Emersdorfensis*) *emptus ab eodem Patavii tribus Ducatis ungaricis in auro. Descripsit clarissimus Graecus Thomas Tribezanus Iuriscons. Cretensis qui eum mihi uendidit* » f. 3.

Maximi Tyrii Dissertationes XLI. Prima: Quis Deus sit secundum Platonem f. 3. Postrema: Utri morbi graviores, corporis an animi.

Scholia in Aristotelis Analytica, cum lemmatis in margine et schematis in textu. Scholia inc. Ὁ σκοπὸς τῆς παρούσης πραγματείας διαπε-

φώνηται f. 66. Fol. 81 lacunosum. Scholiis praefigitur constanter κείμενον sive textus.

Scholia in Platonis Cratylum. Inc. Ὁ σκοπὸς τοῦ Κρατύλου τὴν ἐν ἐσχάτοις ἐπιδεῖξαι τῶν ψυχῶν γόνιμον ἐνέργειαν f. 85.

Iani Lascaris Rhyndaceni Epigrammata (LX). Primum inscribitur: Εἰς τὴν Τελεσίλλης σωφροσύνην. Inc. Βιθυνὶς Τελέσιλλ' ὁπότ' ᾔσθετο f. 108. Ultimum: Εἰς τύχην καὶ ἀρετήν. Inc. Εὔτε βίᾳ κρατερόν f. 112 v.

Antonii Eparchi Θρῆνος seu Monodia in Graeciae eversionem. Inc. Νῦν ὀλοφυδνῆς, Πιερίδες, νῦν ἄρχετ' ἀοιδῆς f. 113. Sunt versus CCXVI.

Eiusdem Poematia duo, quorum prius: In sapientissimum et magnificentissimum Matthaeum Leonem γερουσιάρχην. Inc. Βάθρον ἀφ' ἱροῖο ζέφυρος πνείων ἅτε πρηύς f. 114 v. Alterum: Ad Paulum III P. M. qui ad barbaros debellandos principes inter se conciliaverat. Inc. Οὗτοι κοιρανίη τύφου πρόφασιν προσέθηκεν f. 114 v.

Eiusdem epistolae III ad concordiam pertinentes, quarum prima: Ad Marcum Antonium τὸν ἀντίμαχον, scripta Venetiis a. C. 1541. Inc. Τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων ἦθος παραβάλλων f. 115. Secunda: Ad Cardinalem Gasparem Contarenum, Ratisbonae morantem, a. 1541. Inc. Χθὲς ξυντυχὼν ἡμῖν Βικέντιος ὁ τιμιώτατος τῆς σῆς αἰδεσιμότητος ἀδελφός f. 115 v. Tertia: Ad Philippum Melanchthonem, Venetiis a. 1543. Inc. Τὸ μὲν σεμνόν σου τῶν τρόπων καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιείκειαν οἶδα f. 117.

Michaëlis Pselli in Monachum Sabbaitam versus iambici σκωπτικοί. Sunt numero CCXCVII. Inc. Πρὸς τὸν σατὰν σὲ τὴν ἔχιδναν τοῦ βίου f. 119 v.

(Eiusdem?) Nomenclatura partium corporis humani, (versibus politicis). Inc. Ὀνόμαζέ μοι ἀετοὺς τὰς φλέβας τῶν κροτάφων f. 122.

Boëthii liber de Dialectica, (ubi et Topicorum Ciceronis ac Themistii collatio, interprete Maximo Planude), cum glossis inter lineas perpaucis et scholiis aliquot in margine. Inc. Πρότασίς ἐστιν (sic) λόγος ἀληθὲς ἢ ψευδὲς σημαίνων f. 122 v.

Hephaestionis Enchiridion de Metris f. 136. Ut in edd., omissis tamen Longini Prolegomenis et aliorum scholiis. I. De Quantitate syllabarum f. 136. — II. De Synecphonesi f. 136 v. — III. De Pedibus f. 136 v. — IV. (De Metris) f. 137. — V. De Poemate f. 142 v.

Eiusdem Σαφεστέρα διδασκαλία περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς (seu iterum de Poemate). Cap. I inc. Στίχος ἐστὶ ποσὸν μέγεθος μέτρου f. 143. Ultimum inscribitur: Περὶ σημείων.

Isaaci Argyri liber de Metris poeticis. Inc. Μέλλοντες περὶ μέτρων τῶν ἐν ταῖς ποιητικαῖς βίβλοις ἐμφερομένων f. 145. Des. εἰς τοὺς κη ἀπαρτίζονται. — Sequuntur media pag. et folia sex sine scriptura.

Clauduntur Maximi Tyrii dissertationes librarii subscriptione, litteris rubris, (f. 65): τοῦ ͵αφν'. ἔτους μηνὸς βοηδρομιῶνος η'. ἱσταμένου, καὶ

ταύτην τὴν βίβλον θωμᾶς ὁ τριβηζάνος ὁ κρὴς ἐν παταβίῳ σπουδῇ πολλῇ ἐξεγράψατο δι' ἡμερῶν ιδ': ἐπειδὴ οὐ τοῦ ἀντιγράφου κατεξουσίαζεν. — Eadem leguntur etiam f. 105 v., nisi quod post verba ταύτην τὴν βίβλον adduntur haec: καὶ τὴν προλαβοῦσαν, δηλ(ονότι) τὴν πρὸ αὐτῆς τὴν τοῦ τυρίου μαξίμου σοφιστοῦ, et post ultimam vocem κατεξουσίαζεν: ἔρρωσο ὁ ἀναγινώσκων, καὶ ἡμῶν μνεῖαν ποιοῦ.

387. Chart. in f. saec. XVI, citatim ac pessime scriptus, pagg. 941. Hoc exemplari, passim ab ipso interpolato, usus est in editione sua Henricus Stephanus, monente Sylburgio.

Leonis Imp. Novellae XXV, praevio indice, p. 1. Accedit: Zenonis Constitutio Περὶ καινοτομίας (cod. κενοτ.), medio mutila, folio uno avulso, p. 189.

Iustiniani Imp. Constitutiones CLXII, praevio indice imperfecto, p. 207. Prima initio mutila. Accedunt: eiusdem Imp. edicta p. 844.

Iustini Imp. Novellae V p. 918. Clauditur codex Flavii Tiberii (sic) Constantini litteris ad Senatum, de Sacris Aedibus p. 933.

388. Chart. in f. saec. XV ineunt. a Duca notario exaratus, fol. 280. Librorum et chartarum series aliquantum turbata.

Claudii Ptolemaei Geographiae libri VIII, praeviis Maximi Planudis in Ptolemaei tabulas geographicas versibus heroicis, qui inc. Ἤν ἐθέλῃς ὁράαν με, πεπηγόσιν ὄμμασι μ' ἄθρει f. 1. Singulis libris suus praefigitur index. Lib. I (f. 2), cum scholiis in clausula capitis III, et schematis in ultimo.

Librum VIII sequitur librarii subscriptio (f. 150): τέλος σὺν θεῷ ἁγίῳ ἀμήν: † ἀρχὴ καὶ τέλ(ος) τῆς βίβλου ταύτης καλίστη (sic pro καλλίστης): † ἐτελειώθ(η) ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ νοταρίου τοῦ δοῦκα. διὰ σὺνδρομὴς (l. συνδρομῆς) καὶ ἐξόδου, (sic) τοῦ ἁγιωτάτου καὶ καθολικοῦ τῆς συνόδου πατρὸς ἡμῶν, ἱερωμονάχου (sic) φρᾶ ἰω(άνν)ου, ὁ (sic) ἀπὸ τὴν ῥαγουζίαν (sic).

389. Chart. in f. saec. XVI, fol. 208, madore valde deturpatus, cum scripturae detrimento.

Claudii Ptolemaei Harmonicorum libri III, praevio indice in singulos, cum schematis in margine et in textu, f. 1.

Porphyrii in duos priores Harmonicorum Ptolemaei libros Commentarius, ad Eudoxium. Inc. Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ f. 73. Commentarius in librum I dicitur ὑπόθεσις, in alterum ὑπόμνημα. Clauditur schemate, quo effingitur ἡ τοῦ ἁρμονίου γένους μελῴδησις.

390. Chart. in f. saec. XVI, bina manu latina, fol. 46. Ex duobus codicibus consarcinatus, quorum prior (f. 1-34) festinanter scriptus, ab altero, sedatiori manu exarato, folio albo disiungitur.

Claudii Ptolemaei Harmonicorum liber primus, praevio indice, f. 1 v. Libri secundi superest dumtaxat index (f. 31), tertii nihil.

Appiani Alexandrini Illyrica. Fragmentum est, tum temporis ineditum, cui, ut absolutus sit Appiani libellus, pauca tantum desunt ab initio, quae sane, utpote iam a Carolo Stephano primum vulgata, de industria omisit librarius. Cui satis fuit variam praemittere lectionem exemplaris sui manu scripti, cum editione principe Stephaniana collati, sub titulo: *Variae lectiones eorum quae excusa sunt Lutetiae.* Fragmentum inc. Τοιοῦτον μὲν δὴ τέλος τῆς ἀσεβείας ὁ θεὸς ἐπέθηκεν Ἰλλυριοῖς τε καὶ Κελτοῖς f. 37. Des. Λεύκολλός τε τῷ δήμῳ στρατηγῶν ἐπέδραμε καὶ Τιβέριος εἷλε (κατὰ) τὴν μόναρχον ἐξουσίαν f. 46 v. — In margine superiore folii 37, leguntur haec: « *Complementum Illyricae Appiani, diligenter adseruandum, ut aliquando operi denuò excudendo inseratur, aut aliàs edatur* ». Et in margine monitum A. Maii: « *Editum post Hoeschelium etiam a Schweigh. T. I. part. 2* ». Quibus addimus postremo: L. Mendelsohn, *Appiani Hist. Rom. Vol. I*, p. 346 sqq. Quum compertum sit, Hoeschelium omnium primum integra Appiani Illyrica in vulgus a. 1599 emisisse, quid obstat, quominus apographum nostrum ab eiusdem manu profectum esse censeamus, etsi Sylburgius in Catalogo suo, ante annum 1596 confecto, complementum illud Illyricae iam commemorat?

391. Chart. in f. saec. XVI, varia manu latina scriptus, vitioso atramento male habitus, fol. 128.

Diophanti Alexandrini Arithmeticorum libri VI, cum (Maximi Planudis in duos priores) scholiis, et adnotatiunculis aliquot germanice, modo in margine, modo in ipso operis contextu additis, f. 1. Scholia inc. Ἀριθμός ἐστι (habet ἐστιν ὡς Vat. 116) ἐπὶ ὑποδείγματος ὁ $\overline{\gamma}$ f. 1. In libro primo singula problemata suo instruuntur seorsim scholio; dum in altero quatuor priora scholiis carent.

Eiusdem, de Polygonis sive Multangulis numeris (liber) f. 122 v.

392. Chart. in f. ipso atramento, non sine magno scripturae detrimento, admodum vitiatus, rudissima scriptus ac festinanti manu saec. XVI, exceptis foliis 82-87 ab Andrea Darmario anno 1564 exaratis; fol. 87. Sunt in margine emendationes et additamenta, ab eodem Darmario, ut videtur, scripta.

Aristidis Quintiliani de Musica libri III, quorum II et III, spatio tantum aliquo inter se distincti, titulo carent. Lib. I inc. Ἀεὶ μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν f. 2. — Expositionem notarum secundum tonum et semitonium,

a priore scriba omissam (fol. 14 post verba τὰ δύο συναφθέντα σημαίνῃ) supplevit alia manus, fortasse Darmarii, folio 13. Varia huius libri capita inscriptionibus accurate discernuntur, quae in editione Meibomiana desunt: Περὶ ῥυθμῶν f. 15 v., Περὶ ποδῶν f. 18 v., Περὶ στοιχείων f. 21 v. etc. — (Lib. II) inc. Τόδε μὲν τοῦτο δεόντως f. 30 v. (Lib. III) inc. Τὰ μὲν δὴ παιδείας f. 59.

Clauditur codex subscriptione alterius librarii: πόνος ἀνδρέου δαρμαρίου ἔτει ἀπὸ χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ,αφξδ'. ἐν δεκάτῃ φθίνοντος ἀνθεστηριῶνος εἴληφε τέρμα.

*393. Chart. in f. saec. XVI exeunte bina manu exaratus, fol. 174. Ex codd. Parisios primum translatis, postea Heidelbergae redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 351) et Wilkenius (p. 289). Pars prior (i. e. omnia praeter Diogeniani proverbia) descripta est ex codice Ioannis Sambuci, (nunc in Bibl. Caesar. Vindobon. CXI phil. gr.), monente Iano Grutero (v. f. 2, 63 v. et 95), qui Bibliothecae Palatinae, post Sylburgii obitum, anno 1602 praefectus fuit. Idem transcriptoris menda, collato cod. Palatino cum Vindob., sua ipsius manu passim emendavit. Ornatum est codicis nostri tegumentum insignibus Palatinatus ad Rhenum, litterisque deauratis: H. L. P. C. i. e. Herzog (= dux) Ludovicus Palatinus Comes 1578. Insunt:

Heronis (III, qui tempore Heraclii Imp. vixisse fertur), Excerpta strategica: qualem deceat esse imperatorem. Inscribuntur: Ἥρωνος Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων, περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν. Inc. Ὅτι ἐπιμελητὴν καὶ ὀξὺν καὶ ἀνδρεῖον f. 2. Des. κήρυκα πέμπει πρὸς Ἀλέξανδρον δεόμενος Ὀξυόρτου οἱ ἀναπέμψαι f. 63 v. « *Non esse Heronis ueteris illius, uoces* σοῦδα, τούλδα *etc. satis arguunt, uide cap. 65* ». Haec in margine Gruterus, qui ad calcem Heronis addidit: « *Hic desinebat etiam exemplar Caesareae Bibliothecae* ».

Constantini Porphyrogeniti Imp. Liber tacticus, seu de Acie terra marique instruenda. Inc. Ὑπολαμβάνω χρήσιμον εἶναι τὸ μνημονεῦσαι f. 67. Desin. f. 95 imperfecte: καὶ ἧψε λαμπρὰ πολλὰ καί...

Nicephori (Phocae) Imperatoris libellus de Velitatione bellica. Inc. Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον f. 101. Constat capitibus LV, quorum primum inscribitur: Περὶ βίγλης, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων μιᾷ ἑκάστῃ διΐστασθαι f. 102; ultimum: De Servitiis urgentibus: ὅτι χρὴ πρὸ ἡμέρας ταῦτα λελογισμένως τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.

Diogeniani Proverbiorum vulgarium collectio. Inscribitur: Παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. Inc. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα ἐπὶ τῶν ἀηδῶν f. 151.

394. Chart. in f. bina manu saec. XVI, fol. 382. Altera manus, quae ultima folia (376 v.-382) supplevit, eadem est quae per integrum codicem inscriptiones minio depinxit. Folio praevio haec adnotavit A. Maius: « *Hoc opus decerptum est ex Georgio Hamartolo chronographo, cuius vide codicem Vaticanum 153 et alios; quibus ex codicibus explere licet etiam exordii lacunas* ». Inseruit idem codici schedas varias, quibus argumenta Chronici Ioannis Siculi significavit.

Ioannis Siculi monachi, qui postea fuit Patriarcha Novae Romae (i. e. CPolis), Chronicon breve ex variis Chronographis et interpretibus consarcinatum f. 1. Ab orbe condito usque ad Imp. Michaëlem, Theophili filium, praecipuas complectitur historias. In titulo scriptum fuisse primum videtur τοῦ συγκέλλου, correctum deinde συκελιώτου. Exordium, in quo lacunae multae, inc. Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγοι καὶ χρονογράφοι f. 1. Cap. I: De Adamo et Eva. Inc. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. (Τῇ) η̄ ἡμέρᾳ ἔπλασε f. 1. Cap. ultimum: De regno Michaëlis, Theophili filii. Inc. Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Μιχαήλ. Clauditur codex verbis: Ἕως τὰ χρονικὰ Γεωργίου καὶ τοῦ λογοθέτου.

Ultimo folio schedula adglutinata fragmentum continet (M. A.) Boldetti epistolae ad abbatem Zaccagnium (Bibliothecae praefectum) italice scriptae, qua dicit se, quominus bibliothecam adeat, aegritudine esse impeditum.

395. Chart. in f. saec. XVI, litteris exaratus sinistrorsum vergentibus; fol. 358. Numeris signantur: I. quaterniones per integrum codicem, et quidem graeca manu; II. folia a tertio tantum, nec constanter; III. folia omnia a primo ad ultimum, stylo plumbeo. Inter f. 1 et 2 schedula, qua titulus et initium describuntur integrae Syncelli Chronographiae, ex vetusto codice Regio-Parisiensi (n. 1764).

Georgii monachi, qui Syncellus fuit S. Tarasii Patr. CPolitani, Syntaxis sive compendiaria Chronographia, a Iulio Caesare usque ad Diocletianum Imp.; cum lemmatis passim in margine, varia manu latina, et Sylburgii adnotatiunculis. Chronographia, (seu potius, Chronographiae pars posterior), initio mutila, inc. Ἀντώνιον καὶ Ἐλπίδιον (sic) νικήσας Αὔγουστος f. 3.

Theophanis monachi, Abbatis monasterii Agri et confessoris, Chronographia, a primo anno Diocletiani usque ad annum secundum Michaëlis, filiique eius Theophili; cum lemmatis etc., ut supra. Inc. Ὁ μὲν μακαριώτατος ἀββᾶς Γεώργιος ὁ καὶ Σύγκελλος f. 56 v.

396. Chart. in f. bina manu saec. XVI, ineleganter exaratus, si folia ultima, secunda manu scripta, excipiantur; fol. 208. Gulielmum

Xylandrum, (Bibliothecae Palatinae tunc temporis praefectum), hunc codicem sibi perlegendum Tubingae commodasse, sua ipsius manu testatur in fine Martinus Crusius, anno 1575.

LAONICI Chalcondylae Ἀπόδειξις ἱστοριῶν, sive Historia de Turcarum origine et rebus gestis, usque ad Mechmetem Imp. (libris constans X). Duplex inscriptio; prior operi praemissa, altera in margine.

397. Chart. in f. saec. XVI, fol. 110. Numerus quaternionis cuiusque suo loco accurate in ima pagina significatur. Exaravit haud ineleganter Hieronymus Cyprius, anno omisso.

CONSTANTINI MANASSIS Chronica Synopsis διὰ στίχων (i. e. versibus politicis descripta), ab orbe condito usque ad Nicephorum Botoniatem, praevio prooemio ad Irenem, Manuelis (Comneni) uxorem: ἐπὶ τῷ αὐταδέλφῳ αὐτῷ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ. Prooem. inc. Ἡ μὲν φιλόϋλος ψυχή, ταῖς ὕλαις ὑποχάσκει f. 1. — Caesurae commate constanter post octavam syllabam posito distinguuntur. Nonnullos versus a calligrapho sede sua motos fuisse, monetur latine in margine f. 103 v. et 104. Clauditur integrum Chronicon versu: οὐ γὰρ περάσιμά φασι, τὰ τῶν Γαδείρων πέρα.

Ad calcem codicis librarii subscriptio iambica: τῷ παναρίστῳ τῆς παλαιτέρας ῥώμης || ἄνακτι ὀρθῶς δογματίζοντι σέβας, || προσῆξα δῶρον ἱερώνυμος κύπρου, || ὅπερ ἔγραψα ταῖν χεροῖν ταῖν ἰδίαιν.

*398. Membr. in f. min. saec. X ineunt. initio mutilus, fol. 331. Ex codd. Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, accuratissime F. J. Bastius, cum alias tum potissimum in libro inscripto: *Lettre critique à M. J. F. Boissonade sur Antoninus Liberalis, Parthenius et Aristénète,* Paris 1805; quam epistolam, cum auctoris emendationibus et additamentis manuscriptis, latine reddidit Wiedeburgius, Lips. 1809; post Bastium Hasius (p. 957) et Wilkenius (p. 290), cui verisimile videtur, codicem nostrum, cum aliis pluribus optimae notae, fuisse olim bibliothecae monasterii Sponhemensis, quae tot libris mss. pretiosissimis affluebat (p. 141). — Eandem in codice agnosci manum quae Platonem Parisinum (N. 1807) exaravit, admonitos nos litteris voluit humanissime Car. Graux, paucis ante diebus quam, immatura morte praereptus, tantum sui apud omnes desiderium reliquit. Solet librarius, cum in codice nostro tum in illo Platonis Parisino, quem supra memoravimus, maiora sermonis membra lineola distinguere transversa, in ora sinistra extra columnam apposita. Ex auctoribus, quos numero undeviginti complectitur codex, eorum novem hoc uno innotuerunt, nimirum: Anonymus

de Ponte Euxino, Hanno, Plutarchus de Fluviis, Parthenius, Antoninus Liberalis, Phlegon Trallianus, Apollonius de Commentitiis, Antigonus Carystius, et Themistoclis epistolae. Folium praevium chartaceum praebet indicem, manu graeca scriptum saec. XV, omissa tamen prioris Peripli mentione. In codice insunt:

(Paradoxographi):

Anonymi Periplus Ponti Euxini et Maeotidis paludis. Initio mutilum opusculum inc.... σμοῦ τε πάθος τόδε ἐποψόμενοι f. 11. Des. τῆς μαιώτιδος λίμνης στάδ. θ̄. μιλ. ασ̄ f. 16 v.

Flavii Arriani opuscula III:

I. De Venatione liber, praefixa capitum tabula. Inscribitur liber prima manu: Ἀρριανοῦ κυνηγετικός. In locum vocis Ἀρριανοῦ scalpello erasae, substituit manus secunda, rubris litteris, verba Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου. I Cap. inc. Ξενοφῶντι τῶι Γρύλου λέλεκται f. 18. Ultimum des. οὐ μεῖον ἢ ὁ τῆι νίκηι πολέμου ἀκροθίνια f. 30. Subscribitur: Πλήρης ὁ Ἀρριανοῦ κυνηγετικός, ubi pro Ἀρριανοῦ abraso scripsit iterum secunda manus Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου.

II. Periplus Ponti Euxini. Inscribitur: Ἀρριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανόν· ἐν ἧι καὶ περίπλους Εὐξείνου πόντου. Inc. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῶι Ἀδριανῶι σεβαστῶι Ἀρριανὸς χαίρειν. Εἰς Τραπεζοῦντα ἥκομεν f. 30 v. Des. ἐπὶ Βόσπορον τὸν θράικιον καὶ πόλιν Βυζάντιον f. 40. In fine, repetito titulo subiicitur: Διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.

III. Periplus maris Erythraei. Inc. Τῶν ἀποδεδειγμένων ὅρμων f. 40 v. Des. καὶ θείαι τινὶ δυνάμει θεῖον ἀνερεύνητά ἐστιν f. 54 v. Titulus in fine iteratur, cum eadem, quae supra, subscriptione.

Hannonis Carthaginiensis Periplus Libyae ultra Herculis columnas sitae. Inscriptio prolixa. Inc. Ἔδοξεν Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν f. 55. Des. τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων f. 56.

Philonis Byzantii de septem (orbis) spectaculis (libellus). Inc. Τῶν ἑπτὰ θεαμάτων ἕκαστον f. 56 v. Fine mutilus des. πρὸς βάσιν μετεωροφανὲς καὶ περί... f. 59 v. Subscripsit manus recentissima: λείπει φύλλα τινά. Cf. Bast. p. 33-35. Edidit ex hoc codice Leo Allatius, Romae 1640.

Chrestomathia ex Strabone. Inscribitur: Σὺν Θεῶι χρηστομάθειαι ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν βιβλίων. Inc. Ὅτι Ὅμηρος πρῶτος ἐτόλμησεν f. 60. Des. τῆι Κρήτηι νήσωι κατὰ μῆκος παράλληλος f. 156. Subscribitur: Στράβωνος γεωγραφικῆς χρηστομαθείας βίβλοι ιζ̄. Edidit primum ex hoc cod. Sigism. Gelenius, Basil. 1533.

Plutarchi Chaeronensis liber de Fluviorum et montium appellationibus, et de iis quae ibi inveniuntur. Inc. Ὑδάσσης· Χρυσίππη διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης f. 157. Des. καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν δ̄. περὶ ποταμῶν f. 173. Edid. primum ex hoc cod. S. Gelenius, Basil. 1533.

Parthenii (Nicaeni liber) Περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων, praevio capitum indice. Inc. Παρθένιος Κορνηλίωι Γάλλωι χαίρειν. Μάλιστά σοι δοκῶν ἁρμόττειν f. 173 v. Des. διὰ λύπην ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη f. 188 v. Edid. primum ex hoc cod. Ioannes Cornarius, Basil. 1531.

Antonini Liberalis Μεταμορφώσεων collectio (narrationes XLI), praevio indice. Inc. Κτήσυλλα ἐγένετο Κεία τὸ γένος f. 189. Des. Ζεὺς ἰδὼν ἐποίησεν ἀμφοτέρους λίθους f. 208 v. Edid. primum ex hoc cod. Guil. Xylander, Basil. 1568.

Hesychii Illustris Origines (Πάτρια) CPolitanae (inscriptione fere deleta). Inc. Δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων f. 209. Des. βασιλευομένη μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων f. 215 v. Edid. primum ex hoc cod. Io. Meursius, Lugd. Bat. 1613.

Phlegontis Tralliani de Mirabilibus et de Longaevis (libri II), omissa librorum distinctione. Prior, initio mutilus, inc.... εἰς τὸν ξενῶνα προσπορεύεται f. 216. Des. ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ αὐτοκράτορος, ὡς προεῖπον f. 230. Alter inc. Οἱ ἑκατὸν ἔτη ζήσαντες Ἰταλῶν f. 230. Des. ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει f. 234 v. Subscribitur: Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου Καίσαρος περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων. Edid. primum ex hoc codice, una cum fragmento de Olympiis et Antigoni Apolloniique mirabilibus, Guil. Xylander, Basil. 1568.

Eiusdem fragmentum de Olympiis. Inscribitur: Φλέγοντος ἀπελευθέρου Ἀδριανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν ὀλυμπίων. Inc. Δοκεῖ μοι χρῆναι εἰπεῖν τὴν αἰτίαν f. 234 v. Des. τῆι ἑβδόμηι ὀλυμπιάδι ἑνίκα f. 236.

Apollonii (Alexandrini Dyscoli) Historiae mirabiles. Inc. Μώλου Ἐπιμενίδης ὁ Κρής f. 236 v. Des. καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἀποδιδόναι f. 243.

Antigoni (Carystii) Historiarum mirabilium collectio. Inc. Τιμαῖος ὁ τὰς σικελικὰς ἱστορίας συγγεγραφώς f. 243 v. Des., fine mutila, καθάπερ εἴ τινας πρέσβεις ἢ κατασκόπους· ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ... f. 261 v.

Hippocratis Epistolae (XXV). Inscribuntur: Ἱπποκράτους Κώιου Ἀσκληπιάδεω ἐπιστολαὶ διάφοροι. Prima: Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Πέτωι (sic) χαίρειν. Inc. Νοῦσος προσεπάδασεν. Postrema: Ad Demetrium regem, de valetudine conservanda f. 282. Epistolae omnes eodem ordine sese excipiunt, quo in cod. Vat. 1353, manu Constantini Lascaris scripto. Epistola XX, de Insania, vulgo inter Hippocratis opera excusa, in codice nostro (f. 279), nec non in illo Lascaris (f. 71 v.), Democrito adscribitur. Ep. XXI ad Democritum, initio mutila, folio avulso, inc.... ἰητρικῆς τέχνης; desinit, fine etiam mutila: ἀλλὰ σχεδὸν ἀποδοχῆς... f. 279 v. Cum eodem folio intercidit pars maior sequentis ep. XXII, quae inc.... λιτι τετριμμένωι· ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖς ἐλλεβόροις (sic) f. 280.

Themistoclis Epistolae (XXI). Prima: Ad Aeschylum. Inc. Ἀπερχόμενοι μὲν εἰς Δελφούς f. 283. Ultima: Ad Temenidam. Eaedem sunt quas

ex eodem codice nostro primum edidit Matth. Caryophilus, Archiepiscopus Iconiensis, Romae 1626, ordine tamen adeo temere immutato, ut, ni pro comperto haberes unum codicem nostrum epistolas illas posteritati propagasse, crederes editorem ex alio Vaticano eas deprompsisse.

Diogenis (Cynici) Epistolae (XLIX). Prima: Ad Melesippum. Inc. Ἤκουόν σε λυπηθῆναι f. 302 v. Ultima: Ad Cratetem.

Mithridatis Epistolarum (LXIII) Bruti collectio. Collectoris epistola inscribitur: Μιθριδάτης βασιλεῦ Μιθριδάτηι τῶι ἀνεψιῶι χαίρειν. Inc. Τοῦ Βρούτου ἐθαύμασα f. 322. Prima: Bruti ad Pergamenos. Inc. Ἀκούω ἡμᾶς (sic) Δολοβέλλαι. Ultima: Bruti ad Bithynos.

399. Chart. in 8 quadrato, saec. XVI, fol. 294. Agnoscitur manus negligentissima Andreae Darmarii. Folio codici praefixo sequentia adnotavit sua manu Leo Allatius: « *Pars libri postrema pag. 244 sub titulo* Φυσιολογικὸν τῆς ἑξαημέρου, *absque nomine auctoris, in qua de rerum natura elegantissime disseritur, mutila et imperfecta in Bibliothecis Vaticana, Bauarica, Vallicellana, et aliis, Eustathium Antiochenum Martyrem auctorem agnoscit. Ex quibus integram exscriptam, latineque redditam, notisque et collectaneis per me illustratam, cum aliis eiusdem Eustathii, et Origenis opusculis Graecis, et Latinis a me factis, et meo de Engastrimytho syntagmate anno superiori Lugduni Laurentius Durantius publicavit in 4°. Leo Allacius* ».

Iulii Pollucis Historia physica in Hexaëmeron, et Chronicon (ab Adamo usque ad Gratianum Augustum), praevio indice et cum lemmatis in marg. graece et alicubi latine. Prooemium inc. Ὁς ἄχρονος τόνδε τὸν κόσμον f. 4. Clauditur Chronicon, fine mutilum, verbis καὶ αὐτοῖς τοῖς τείχεσι μηδενὸς κωλύοντος προσβάλλειν ἐπεχείρουν. Ἐπὶ τούτοις χαλεπῶς... In margine addidit librarius: Ἐλλιπὲς οὖν τὸ τέλος ὑπὸ τῆς ἀρχαιότητος καὶ ἐξίτηλον ὑπάρχον (cod. ὑπάρχου).

(Eustathii Antiocheni) Physiologium in Hexaëmeron (cod. φυσιολογικὸν τῆς ἑξαημέρου). Inc. Κλήμης μὲν οὖν καὶ Ἀφρικανός f. 244. Des. καὶ εἰς χαράδ(ρ)ας τοίχου, πρὸς ἀνατολὰς ἑστοχασμένως βλέποντος, εἶσ(ε)ισι. In margine scripsit Allatius: « *Physiologium in Hexaëmeron fine mutilum, in aliis codd. est sub nomine* Eustathii Antiocheni, *litera recentiori; ex hoc tamen possunt suppleri lacunae quae sunt in Eustathio* ». Ad calcem Physiologii addidit librarius: Οὕτως εἶχεν ἐν τῷ πρωτοτύπῳ τὸ τέλος.

400. Chart. in 4, bina manu saec. XV, fol. 414; ex duobus codicibus conflatus, quorum prior integer folia 1-398 v. complectitur nitide scripta, alter, initio mutilus, reliqua litteris exarata minutis-

simis ac densatis. Accedit passim in Geoponicis tertia manus saec. XVI, quae plura, de quibus suo loco dicemus, ineleganti ac concitato calamo supplevit. — Foliis praeviis insunt: I. Index latinus imperfectus, cum aliqua adnotatiuncula, — II. Index accuratior manu Sylburgii scriptus, quem idem in catalogo pleniorem dedit, — III. Tertius index, Sylburgio anterior, qui in marg. addidit: « *Ordo non usquequaque observatus in hoc apographo* »; notavit auctor quinam ex codicis nostri libris editi essent, quinam suo tempore adhuc ignoti, — IV. Quartus index latinus rudissima exaratus manu.

(Michaëlis) Pselli opusculum de Pulsibus. Inc. Ἥκω δή σοι καὶ τὸ περὶ τῶν σφυγμῶν χρέος ἀποδιδούς f. 3.

Ex Galeno et Hippocrate, de Humoribus, de Febribus et earum differentiis, per quaestiones et responsiones. Inc. Ἱπποκράτης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν φησιν f. 7.

Galeni epistola ad Teuthrantem, de Pulsibus, f. 48.

Herophili de Febricitantibus constitutio (seu sententia). Inc. Ὁ δὲ Ἡρόφιλος (sic in inscriptione et in ipso opere) πυρέσσειν ἀπεφήνατο τὸν ἄνθρωπον f. 60 v. Differt hic Herophilus ab Hierophilo, de quo infra.

De Urinis synopsis accuratissima, ex Persarum disciplina, f. 65 v.

De Phlebotomia, (seu de Venae sectione), f. 66 v. — De eadem ex Galeno, f. 68. — Folia 71-72 vacua.

(Fragmentum de Alimentorum facultatibus). Inc. Καὶ συνουσίας παρορμητικά f. 73.

Hierophili Sophistae, de Alimentorum facultatibus Cyclus per singulos menses, quibus pharmacis utendum, a quibus abstinendum. Inc. Ταύτης τῆς ἐπιτρέψεως μὴ καταφρονητέον f. 75. Subscribitur: Τέλος τῆς διαίτης τῶν δώδεκα μηνῶν.

Eiusdem Hierophili philosophi, de Alimentorum facultatibus, partim ex veterum historiis, partim ex ipsius experientia. Prooemium inc. Τῶν διαιτημάτων τάξεις, καὶ τὰς τούτων αἰτίας f. 83 v. Cap. I Περὶ εὐχύμων; postremum: Ὅσα κεφαλὴν βλάπτει.

(Michaëlis) Pselli sapientissimi Syntagma de Alimentorum facultatibus, utilitate et noxa, ex iatricis libris selectum, ordine litterarum digestum, ad Imp. (Constantinum) Monomachum. Prooemium inc. Πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε καὶ τὸν νοῦν ἡλιοειδέστατε βασιλεῦ f. 94. Cap. I: Περὶ ἄρτων; postremum: Περὶ ὠωταρίχων (sic una voce). Hierophilus a Psello saepissime laudatur.

(Eiusdem liber) de Anima. Inc. Νοερὰ μὲν οὖν ἡ ψυχή f. 143. Folium 146 et sequens fere sine scriptura, etsi integrum Pselli opusculum.

Meletii monachi libellus de Natura hominis. Inc. Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς f. 146 v. Ultimum caput inscribitur: Περὶ νοητῆς

μὲν λεγομένης τῆς ψυχῆς. Plura desiderantur inter f. 146, quod clauditur verbis καὶ ἐζ' (sic) ὅσον ἐ..., et f. 147, quod inc.... οὕτω γὰρ διὰ τῆς συζύγου ποιότητος.

Ex Hippocrate excerpta. Inc. Ὅταν ἀκμάζῃ τὸ νόσιμα (l. νόσημα) f. 171.

Ex Aristotelis Physicis (problematis). Probl. I, de Canitie, inc. Ὅτι τῶν χρωμάτων αἴτιον τῶν τριχῶν f. 174 v.

(Excerpta ex Pselli Omnigena doctrina), de Virtutibus. Inc. Τρεῖς εἰσι τάξεις τῶν ἀρετῶν f. 178.

(Cassiani Bassi Geoponicorum libri XX, ad Constantinum Porphyrogenitum), praevio indice in singulos. Inscr. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ γεηπονικῶν βιβλίου. Lib. I inc. Πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις βασιλεῦσι f. 184. Additamenta passim et emendationes manu saeculi XVI, quae etiam in libro V duo capita Περὶ τόπου ἐργασίας et Περὶ γυρώσεως (f. 250) supplevit, finemque librorum IX et XX. Deest extrema pars libri XIV, cum initio sequentis, quaternione integro avulso. Liber XIX (f. 374 v.) male inscribitur: Ἀρχὴ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης βίβλου. Librarius nempe, aliud agens, pro τέλος scripsit ἀρχή, et quae libro praecedenti essent subiicienda, ea sequenti praemisit.

Dioscoridis liber, quo simplicium et compositorum pharmacorum experimenta continentur, in litteram digestus. Sunt potius excerpta ex Dioscoride, Paulo Aegineta aliisque. Caput primum: Περὶ ἀβρότων (sic). Inc. Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκολίκων (sic) τά τε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία ἀψίνθιον ξηρόν f. 383. Caput postremum: Περὶ ἡδυμάτων (l. οἰδημάτων), φλυκτίδων καὶ ἀποστημάτων.

Lexicon herbarum, litterarum ordine. Inc. Ἀκταία, ἡ κοφοξυλέα (sic). Ἀδένας, τὰ καταμάγουλα. Ἄσις, ἡ λυποθυμία f. 395 v. Des. Τὸ ῶ μέγα. Ὤκιμον, τὸ βασιλεικόν (sic). — Subscripsit librarius: κόπος τε βραχὺς ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ, ἐγεγώνει (sic) δὲ ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ. λοιπὸν οἱ πάντες οἱ ἀναγινώσκονταις (sic), εὔχεσθαι (sic) κἀμοί, τῷ κεκοπιακότι, ὅπως τύχεται (sic) μερίδος σωζομένων.

(Fragmentum iatricum, potissimum de Prophylacticis adversus arthriticos affectus, de Apepsia seu dyspepsia, ex Hippocrate, Galeno aliisque); initio mutilum. Inc.... τοῦ λόγου φησὶν οὕτως· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔνεστι καὶ ὑγρότης f. 399. Clauditur capite Περὶ καθάρσεως, seu de Purgatione, quod inc. Τινὲς δέ φασι μὴ εἶναι τὰς καθάρσεις χρηστάς.

401. Chart. in f. saec. XVI, fol. 363, a Picandro Kittingero, sumptibus Electoris Ottonis Henrici, ineleganter exaratus. — Folio secundo, nullo signato numero, inest, praeter librarii subscriptionem (v. infra), rerum indiculus generalis, cum alio peculiari, eadem Picandri manu, in Gregorii Nazianzeni orationes.

(Nicetae, Serrarum Episcopi,) in S. Gregorii Theologi Orationes

commentarius. Non integrae praebentur orationes, sed earum tantum pars illa (κείμενον) quae ad commentarium spectat.

I. In Pascha et in tarditatem. Nicetae prooemium inc. Ἄκων χειροτονηθεὶς ἱερεὺς ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὥστε λοιπὸν γηρήσαντος f. 1.

II. In Pentecosten f. 13 v.

III. In Christi Natalem f. 52 v.

IV. In Basilium Magnum oratio funebris f. 86. — Integrum commentarium sequuntur folia 148-149 vacua.

V. In SS. Lumina f. 150.

VI. In S. Baptismum f. 178.

VII. In S. Gregorium Nyssenum et de Amicitia f. 227.

VIII. In S. Athanasium f. 236.

IX. In CL Episcoporum coetum etc. f. 262.

X. De Caritate erga pauperes f. 290.

S. Maximi et Gregorii Nysseni homiletica quaedam, inter tertiam et quartam Gregorii orationem interposita:

S. Maximi in illud (Evangelii Ioannis I, 18): Deum nemo vidit unquam f. 82.

Eiusdem: Dei τὰ ὀπίσθια quae sint (Exod. XXXIII, 23) f. 82 v.

Eiusdem: (Magni Consilii Angelus seu nuntius qui apud Isaiam) f. 85.

S. Gregorii Nysseni in illud: Non poteris faciem meam videre f. 84.

Eiusdem in illud: Beati mundi corde f. 84 v.

Nicetae Davidis, philosophi ac Dei servi, commentarius in S. Gregorii Theologi tetrasticha (gnomica). Inscriptio tetrastichorum inc. Γρηγορίου πόνος εἰμί, τετραστοιχίην δὲ φυλάσσω f. 317. Tetrastichon primum inc. Πρᾶξιν προτιμήσειας ἢ θεωρίαν. Comment. inc. Ἀποβλέψας ὁ μακαριώτατος πρός τε τὴν πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς.

(Eiusdem Nicetae Davidis in) S. Gregorii Theologi Ἀπόῤῥητα seu Arcana (commentarius). Primum Ἀπόῤῥητον inc. Οἴδαμεν (l. οἶδα μέν) ὡς σχεδίῃσι μακρὸν πλόον ἐκπερόωμεν f. 335. Comment. inc. Οἶδα μὲν ὅτι ἡμεῖς, οἷς ὁ νοῦς ὥρμηται. II^{um} Περὶ υἱοῦ f. 337. III^{um} Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος f. 341. IV^{um} Περὶ τοῦ κόσμου f. 345. V^{um} Περὶ προνοίας f. 350. VI^{um} Περὶ τῶν λογικῶν οὐσιῶν f. 353 v. Reliqua S. Gregorii poemata dogmatica desiderantur in codice, et commentarius in sextum ipse fine mutilus est. Exit siquidem in verba πολλὰ πρότερον ὑπὸ τῶν ἰδίων ὑπηρετῶν ὑβρισθεὶς καὶ ἐμπαιχθεὶς... Subiunxit librarius: Οὐ πλείω ἐν τῷ αὐτογράφῳ ἐπακολουθεῖ· ποίημα οὖν ἀτελῶς εἶ (sic).

De Septem Conciliis oecumenicis, quando et contra quos congregata fuerint. Inc. Σύνοδος α΄. Χρὴ γινώσκειν πάντας Χριστιανούς f. 358.

Folio secundo praevio, subscriptio librarii: αὕτη ἡ βίβλος διεγράφη διὰ πικάνδρου κιντιγγήρου τοῖς τοῦ ὄττωνος ἐνρίκου τοῦ ἄρχοντος εὐσεβεστάτου τε καὶ ἐνδοξοτάτου ἀναλώμασι.

402. Membr. in 4, saec. XI, nitidissime minutissima littera scriptus, fol. I-VI 1-387, praeter quatuor praevia nullis signata numeris. Olim monasterii Basileensis ordinis Praedicatorum, dein Frobenii. — Folio secundo praevio recto leguntur haec: « *Quinquaginta duo opuscula hic habentur divi Gregorii Nazianzeni neque* (plura) *sunt, si Heliae metropolitae creditur* ». Et infra: « *1553. Der Frobenius zu Basell her.... geschenkt* ». Eodem folio, a tergo: « *Conuentus basilien. ordinis praedicatorum* ». — Folio quarto praevio, index minio descriptus, binis columnis. In clausula codicis signa explicantur, quae in margine et quidem locis notatu dignis apponuntur.

Ioannis Geometrae, τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου, Scholia in (S. Gregorii Nazianzeni) orationem quae inc. Ἀναστάσεως ἡμέρα. Inc. Ὁ μὲν λόγος τοῦ πανηγυρικοῦ· διαιρεῖται δὲ εἰς τρία ταῦτα f. I.

Eiusdem commentarius in (S. Gregorii) orationem quae inc. Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου. Commentarius, fine mutilus, inc. Ὅτι μὲν τῶν πανηγυρικῶν ταύτων (sic) ὁ λόγος, σφόδρα δὲ τοῖς πᾶσιν ἀνωμολογημένων ἐστί f. III. — Folio VI haec tantum latine praebentur: « *Hunc librum diui Gregorii Nazianzeni, pertinentem monasterio frm̄ ordis p̄dicatorum in basilea, eripuit fr̄ Iohannes Ulricus Sucunlus, ne ueniret in manus impii Lamp aut aliorum hereticorum* (sic), *sed maneret orthodoxis ad honorem dm̄i nostri Iesu Christi. An. 1529* ».

S. Gregorii Theologi Orationes LII, ordine prorsus diverso quam in edd. Oratio prima: in Pascha et in tarditatem, f. 1. Postrema: In Martyres et contra Arianos. Inscriptiones omnes aureis litteris; aurea etiam initialis, passim colore caeruleo, caeteris minio depictis. Maiusculae miniatae saepe etiam in media voce occurrunt. Nonnullae orationes copiosissimis instruuntur scholiis, aliae paucis, quaedam fere nullis. Lemmata alicubi latine, variae etiam lectiones passim manu latina. Orationes inter se elegantissimis lineis distinctae, vario colore et forma. Folia 322-324 binis columnis.

Ioannis Geometrae in S. Gregorium (Nazianzenum) encomium, cum lemmatis rubris in margine et emendationibus. Inc. Θεὸς μὲν ἐν τοῖς οὖσιν, οὐσία σοφίας τε καὶ δυνάμεως f. 324.

Eiusdem Gratulatio (λόγος προσφωνητικὸς ἢ χαριστήριος) super laeto nuncio ad S. Mariam Deiparam perlato. Inc. Χαίρετε· τοῦτό μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τοῦ λόγου προοίμιον f. 352 v.

Eiusdem in seipsum, quum electus esset presbyter. Inc. Ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἐστιάσεως λειτουργία f. 360 v.

S. Gregorii Theologi vita, (auctore Gregorio presbytero, Nazianzeni discipulo). Inc. Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες, Γρηγόριος ὁ πάνυ f. 363.

(Michaëlis) Pselli Oratio extemporalis (λόγος σχεδιασθείς) ad Pothum

Vestarcham, qui eum rogarat, ut de Theologico charactere scriberet. Inc. Μὴ θαυμάσῃς, Πόθε μοι φίλτατε, εἰ τῶν πρὸ ἐμοῦ ῥητόρων f. 380.

Clauditur demum codex precatione, manu recentiore ineleganter et propere scripta. Inc. Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, verbis nonnullis aevi iniuria consumptis.

403. Chart. in 8 quadrato, saec. XVI ineunt. varia manu scriptus, Ignatii, Sophiani aliorumque; fol. 103, praeter duo praevia, nullo signata numero. Olim Ignatii, Michaëlis Sophiani, G. Tanneri. — Folio praevio secundo leguntur haec: *Μιχαήλου Σοφιανοῦ καὶ τῶν φίλων.* Subiicitur index graece scriptus, quem excipiunt sequentia: Μ. Σ. ΓΕ: ΤΑΝ: (i. e. *Μιχαήλου Σοφιανοῦ Γεωργίῳ Ταννέρῳ*) ΔΩΡΟΝ: *τοῦ ,αφνς' ἔτους: μουνυχιῶνος δεκάτῃ ἱσταμένου.* Infra: « *Sum Georgii Tanneri I. C.* ».

Marci Eugenici, metropolitae Ephesini, dissertationes (III), in Florentino concilio habitae ad Latinos:

I. De Igne purgatorio. Inc. Ἐπειδὴ μετὰ ἀγάπης f. 1.

(II. De eodem argumento). Inc. Πολλῆς μὲν ὡς ἀληθῶς f. 16v.

(III. De rebus controversis et de XIV quaestionibus a Latinis Graecis propositis, quarum prima: De Piorum statu post excessum ex hac vita; ultima: An poenitentibus poenae a Graecis imponantur, et quamobrem). Inc. Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε f. 53. Folia 67-68 vacua, etsi nihil desideratur.

Barlaami sermo de Papae principatu (adversus Franciscum aliquem). Inc. Οἱ περὶ τὰς ἐπιστήμας δεινοί, ὦ χρηστὲ Φραντζίσκε f. 69. — Sequuntur f. 82 et 83 sine scriptura, paucis exceptis. Folio 84 haec tantum leguntur: Ἰγνάτιος τῷ πνευματικῷ Μιχαήλῳ δῶρον, μνήμης ἕνεκεν. Φιλεῖ γὰρ ὁ φιλῶν ἀναμιμνήσκειν αὐτοῦ τὸν φιλούμενον.

(Pseudo)synodi sententia de processione Spiritus Sancti, contra Ioannem Beccum et eius asseclas. Inc. Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα ταραχή f. 85. Sequuntur subscriptiones Andronici Imp. et Gregorii Patr. CPolitani.

De Sacrificio per panem fermentatum. Inc. Εὐσέβιος τοῦ Παμφίλου, ὃς ὑπῆρχεν ἐπὶ Κωνσταντίνου f. 93. — Brevissimum tractatulum sequuntur media pag. et folium integrum sine scriptura.

Marci Eugenici, metropolitae Ephesini, oratio, (quam ob causam respuerit concordiam a Latinis et Graecis in Italica Synodo constitutam). Inc. Ἐγὼ διὰ τὴν ἐπιταγὴν καὶ τὴν χρείαν f. 96. Uncinis inclusa supplevit alia manus graece, in margine superiore.

Eiusdem rectae fidei confessio e variis demonstrationibus concinnata. Inc. Ἐγὼ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόγμασιν ἐντραφεὶς εὐλαβέσι f. 99.

Beati Ioannis, Papae Romae, ad Photium, Patr. CPolitanum, epistola. Inc. Ἰωάννης ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ f. 102.

(Codices 404, 406–422, 429–432 desunt prorsus in Catalogo Sylburgii excuso, ceteri (423–428) alio ordine dispositi sunt).

404. Chart. in f. fol. 168. Olim Iulii Pacii (Pacio de Beriga), ut testatur Sylburgii chirographum in cod. Pal. Lat. 429 *bis* f. 107. Exaravit Andreas Darmarius a. C. 1579, exceptis foliis 2-25, quae sunt tamen ex officina eius profecta. Charta valde gracilis et bibula scripturae perspicuitati saepe offecit.

Iulii Africani de Apparatu bellico capita LXIX, praevio indice graeco. Inscribitur opus: Πρὸς πολεμίων (sic) παρασκευή. Prooemium inc. Κατὰ λόγον ἢ εἱμαρμένην, ἢ τύχην f. 1. Cap. I: Περὶ ὁπλήσεως; postremum: Περὶ φυλακῶν. Alicubi schemata. — Integrum opus sequuntur folia 70 v.-72 sine scriptura, paucis exceptis.

Marini Neapolitani Vita Procli (Diadochi), sive de Felicitate. Inscribitur: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογίου ἀνδρὸς Μαρίνου Νεαπολίτου: Πρόκλος ἢ περὶ τῆς εὐδαιμονίας. Inc. Εἰ μὲν εἰς τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς f. 73. Praeit index graecus in hoc opus et sequentia.

Eiusdem Marini (in Proclum hexametri VIII). Inscribuntur: Στίχοι Μαρίνου. Inc. Ἀθανάτοισι θεοῖς κεχαρισμένα πάντοτε ῥέζων. (*Anth. Pal.* IX, 196, 197) f. 102.

Gorgiae (Leontini) Encomium Helenae f. 102 v.

Porphyrius de Vita Plotini et ordine scriptorum eius. Inc. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος f. 107. Vitam sequitur index in Plotini Enneadas VI, qui inscribitur: Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδων τε καὶ τῶν κατὰ τὰς ἐννεάδας τῶν βίβλων προέκθεσις f. 137 v.

Gregorii Nysseni (liber) de Anima. Inc. Διαφωνεῖται σχεδὸν ἅπασι τοῖς παλαιοῖς ὁ περὶ τῆς ψυχῆς λόγος f. 141.

Subscriptio librarii in fine codicis: ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου τοῦ ἐπιδαυρίου εἴληφε τέρμα ἐν τῷ ἔτει ,αφοθ' ὀκτωβρίῳ δεκάτῃ ἐν μαδρῖλλίῳ τῆς ἱσπανίας ἔνθα ἡ κατοίκησις βασιλέως ἱσπανῶν.

*405. Deest hic codex, et desiderabatur iam temporibus Emmanuelis a Schelstrate, monente Catalogo Pal. Vaticano. Inerant (Theodori) Balsamonis commentarii in Canones ecclesiasticos.

406. Chart. in f. saec. XVI, fol. 160. Ex officina Andreae Darmarii, ut ex plurimis indiciis patet. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

Leonis Sapientis Tacticorum in bellis σύντομος παράδοσις, sive compendiaria Institutio. Insunt tantum constitutiones XI priores, et XIV-XVI, XIX, quibus in codice respondent numeri XI-XIV. Scriptura mendosissima. Correctiones plurimae in margine, manu latina, ipsius fortasse Ioannis Meursii, cum additamentis ac variis lectionibus e codice I. Pistorii,

collata saepe cum codice nostro Ioannis Checi latina versione. Tituli omnes minio depicti. Capitula, nullo signata numero, initiali rubra tantum inter se distinguuntur:

Constitutio I. De re militari et imperatore. Inc. Τακτική (cod. τακτικής) ἐστιν ἐπιστήμη f. 5, praevio prooemio, quod inc. Οὐ βασιλικὴ δορυφορία f. 1.

II. Qualem esse oporteat imperatorem. Inc. Κελεύομεν τοίνυν εἶναι τὸν στρατηγόν f. 7.

III (IV). De divisione exercitus et constitutione ducum. Inc. Κελεύομεν τοίνυν τῇ σῇ ἐνδοξότητι f. 16.

IV (III). Quomodo consilium capiendum sit. Ἐπειδὴ δὲ πρὸ πάσης πράξεως f. 28 v.

V. De armis (seu apparatu armorum). Inc. Κελεύομεν τοίνυν f. 31 v.

VI. De armatura equestrium et pedestrium. Inc. Δεῖ τοίνυν ὁπλισθῆναι f. 34 v.

VII. De exercitatione equestri ac pedestri. Inc. Ἑξῆς δὲ καὶ περὶ τῆς f. 44 v. Desunt capitula V-XV.

VIII. De mulctis militaribus. Inc. Δεῖ οὖν οὐ μόνον f. 64 v.

IX. De exercitus itinere. Inc. Δέον σοι τοίνυν f. 68 v. Deest capitulum XLIV.

X (et XI). De Tuldo et de Castris. Duae hae constitutiones in codice in unam sunt coactae. Const. de Tuldo, seu de impedimentis, fine mutila, inc. Δεῖ οὖν καὶ τοῦ τούλδου f. 84. Desunt capitula XI-XIX. Constitutio altera, Περὶ ἀπλίκτων (l. ἀπλήκτων) seu de Castris, primo capitulo mutila, inc. Ὅταν τοίνυν ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν χώρᾳ f. 85 v. Desunt etiam dimidia pars capituli XIV, integrum sequens, finis capituli XVI, totum XVII, finis cap. XXVI, praeter lacunam post verba εἰς φυλακὴν ἐγνωρίσθη· ἦν... et capp. XXVII-XXXVIII, XLIV-XLIX.

XI (XIV). (De bellico apparatu) tum equestri tum pedestri. Inscribitur: Ὅσαι τε καββαλαρικαί τ' ὅσαι πεζικαί. Inc. Ἐὰν οὖν ἐν ταῖς παρατάξεσί σου f. 90 v. Desunt capitula tria priora. Capitulum quod inc. (f. 99 v.) Ἄλλοι οὐ πλησίον τῶν ἐχθρῶν, male consarcinatum est ex principio sequentis (XLI) et fine praecedentis.

XII (XV). De obsidione. Inc. Ἑξῆς δέ σοι καὶ περὶ πολιορκίας f. 121. Desunt finis cap. LVII, sequentia LVIII-LXVI, cum principio cap. LXVII.

XIII (XVI). De incursionibus post bellum. Inc. Ἐφεξῆς δὲ τούτων f. 137. Desunt capp. IX, X, quae alia manus latina in imo margine supplevit (f. 139), finis cap. XII, sequentia XIII-XVII tota, cum initio cap. XVIII. — Ad calcem huiusce constitutionis XIII (f. 140 v.) habentur, nullo discrimine, prima tantum verba constitutionis XVII, de Incursionibus necopinatis, quae inc. Ἑξῆς δὲ καὶ ὅσα.

XIV (XIX). De navali praelio. Inc. Ἐφεξῆς τούτων ἤδη καὶ περὶ ναυμαχίας f. 141. Deest const. XX cum argumento libri in Epilogo.

407. Chart. in f. saec. XVI, fol. 681. Nitide scriptus; ex officina Andreae Darmarii, cuius in folio ultimo agnoscitur manus. Hic illic schedae solutae, manu recentissima scriptae, in quibus excerpta ex Aristotele. Inscriptiones omnes rubris litteris distincte exaratae. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

(Georgii) Pachymeris, Diaconi, Protecdici et Dicaeophylacis, (Compendium totius Aristotelicae philosophiae, libris XII comprehensum, cum figuris seu schematis). Prooemium inc. Ἦν χρόνος, ὅτε φιλοσοφίᾳ σχολάζων f. 1. Prooemium excipiunt: I. Index in singulos libros accuratissimus f. 1. — II. Epigramma auctoris, versibus constans heroicis XII. Inc. Δέχνυσο ἡμετέροιο πόνου ἐριούνιον ὕφος f. 16 v. Liber I respondet Organo Aristotelis f. 17. II libris Physicorum f. 118 v. III libris de Coelo f. 167. IV libris de Ortu et Interitu f. 209. V Meteoris f. 234. VI libris de Partibus animalium f. 290 v. VII libris de Anima f. 325. VIII libro de Sensu et Sensili f. 396 v. IX libris de Generatione animalium f. 442. X libris Metaphysicorum f. 474 v. XI Ethicis ad Nicomachum f. 535 v. XII libris de Coloribus, de Lineis insecabilibus et de Mechanicis f. 616. Libri in titulos et tituli in capita distinguuntur.

Manuelis Philae (epigramma sepulcrale, iambis constans centum,) in Pachymerem (magistrum suum). Inc. Ἄλλον μὲν ἄνδρα ζωγραφεῖν ἴσως θέλων f. 679.

408. Chart. in f. fol. 231. Exaravit indiligenter, ut solet, Andreas Darmarius a. C. 1563. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

Theodori Balsamonis (in Photii Nomocanonem scholia), praevio indice copiosissimo in XIV titulos. Inscriptionem codicis verbosissimam, eandem prorsus quae legitur in cod. 385, et incipit a verbis Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, consulto emendavimus, ne legentibus fucum faceret. Siquidem non habemus hic integra Balsamonis in canones Apostolorum et conciliorum commentaria, sed eorum tantum partem priorem, quam commentariis suis praemisit auctor, scholia videlicet in Photii nomocanonem. — Prooemium inc. Πείθεσθε (cod. - θαι) τοῖς ἡγουμένοις f. 15. Sunt alicubi in margine graeci cuiusdam adnotatiunculae et correctiones, seu variae lectiones. Folium 162 macula foedatum.

Clauditur codex librarii subscriptione: τετέλεσθαι (sic) ἐκ χειρὸς ἀνδρέου δαρμαρίου τοῦ ἐπιδαυριότου (sic) ἐν ἔτει ,αφξγ' μαρτίῳ ιβ'.

409. Chart. in f. fol. 397. Exaravit Ioannes Murmureus Naupliensis Venetiis a. C. 1550. Olim, ut videtur, Matthiae Flacii Illyrici. Tertio folio praevio inserta scheda, in qua epistola Matthaei Dresseri (Drescher) graece scripta: « *Reverendo, pio et erudito*

viro, domino Matthiae Flacio Illyrico amico s. peroptato ». Inc. Χαίρειν. Ἔβλεψά ποτε βιβλίον τι Νείλου τοῦ Θεσσαλονικέως ὑπὸ σοῦ μεθερμηνευόμενον (librum videlicet de Primatu Romani Pontificis, qui in codice nostro secundum obtinet locum). Subscribitur: ἐκ τῆς ἐρφορδίας τῇ ῑγ τοῦ λώου ματθαῖος ὁ δρέσειρος (sic).

Nili (Cabasilae v. f. 278), Archiepiscopi Thessalonicensis, (contra Latinos libri VI):

I. « Oratio demonstrans, non aliam dissidii Ecclesiarum Latinarum et Graecanicarum esse causam, quam quod Papa de eo, quod controversum est, iudicium ad oecumenicam synodum deferre detrectat etc. ». Inc. Ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιουμένους τὸν λόγον f. 4. Praeit index in Nili scripta, quae in hoc codice continentur, f. 1.

II. De Primatu Papae. Inc. Φασὶν οἱ Λατῖνοι τὸν μακάριον Πέτρον f. 10.

III. Adversus Latinos plana et brevis certatio, seu Enchiridion in usum illorum qui Latinis congredi cupiunt. Inc. Τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων f. 21 v.

IV. Ad conclusionem (cod. πρὸς τὸ συμπέρασμα), sive de Processione Spiritus Sancti, libri V. Primus inc. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία f. 26.

V. De Spiritu Sancto argumenta Latinorum, « quibus se demonstrare putant, Spiritum Sanctum ex Filio quoque procedere ». Inc. Πρῶτον μὲν ἀρχαία τίς ἐστι δόξα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας f. 108 v.

VI. Solutiones propositionum Latinorum, « quibus se concludere opinantur, Spiritum Sanctum ex Filio procedere ». Inc. Πάντα μᾶλλον ἢ τὰ τοιαῦτα f. 121 v. — Subscriptio: Τέλος τῶν καταλύσεων βιβλίου τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Νείλου τοῦ Καβασίλα f. 278. — Sequuntur folia 278 v.-280 sine scriptura.

Nicolai, Episcopi Methonensis, adversus Latinos de Spiritu Sancto (capita XX). Inc. Βασιλεῦ οὐράνιε, Παράκλητε ἀγαθέ, προσκυνητὲ Θεέ f. 281. — Sequitur Symbolum S. Athanasii, quod inc. Ὅστις δ' ἂν βούληται σωθῆναι f. 326 v.

(Pseudosynodi sententia de Processione Spiritus Sancti, adversus Ioannem Beccum seu Veccum eiusque asseclas). Inscribitur: Τόμος τῆς ἁγίας συνόδου, στήλη ὀρθοδοξίας. Inc Ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα ταραχή τε καὶ ζάλη f. 327 v.

Dialogus Graeci cuiusdam et Cardinalium aliquot veteris Romae, de Processione Spiritus Sancti ex solo Patre. Inc. Ὁ καλδηνάριος (sic): Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας f. 338.

De Processione Spiritus Sancti, argumenta brevia et dicta (ex SS. PP.) adversus Latinos. Certat etiam hic Graecus cum Latino. Inc. Τὰς ἀρχὰς τῆς τοῦ πνεύματος θεολογίας f. 350.

Basilii Achrideni, Metropolitae Thessalonicensis, disputatio, quam in

sua ipsius ecclesia cum quodam Latino (Henrico, Arch. Beneventano), instituit, a Romano Pontifice ad Imp. Manuelem Porphyrogenitum allegato. Inc. Ὁ Λατῖνος· Εὔχομαι γενέσθαι τὴν ἕνωσιν τῶν ἐκκλησιῶν f. 382 v.

Subscriptio librarii ad calcem: τὸ παρὸν βιβλίον πέρας εἴληφεν ἐνετῆσϊ, διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου μουρμούρεω; (sic) τοῦ ἐκ ναυπλίας· ἔτους τρέχοντος ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως ,αφν'.

410. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 257. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404). Codicem ab alio describendum curavit Andreas Darmarius, qui ipse satis habuit folium primum, cum secundi prima voce, et ultima verba: « *Carte 60* » exarare, ut ex nota eius manu compertum est. Ceterum videntur codices universi omnes, qui, ut quatuor nostri numeris 410–413 signati, titulum XXVII Constantinianum de Legationibus complectuntur, et ex unico exemplari vetustissimo Scorialensi nunc deperdito sunt descripti, si minus ex ipso Darmario, at saltem ex eiusdem officina esse profecti. Videsis in hanc rem Ernesti Schulzii librum: *De excerptis Constantinianis quaestiones criticae,* Bonnae a. 1866, p. 29, et Car. Graux: *Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial,* Paris 1880, p. 97.

De Legatis (exterarum) gentium ad Romanos, excerpta ex variis historicis. Codex scribit constanter Περὶ πρέσβεων, de legatis, non Περὶ πρεσβειῶν, de legationibus. Tomus I:

I. Ex historia (sic) Polybii et Appiani, praevio indice. Inc. Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιρούς f. 1 v. Folio 161 v. falsa subscriptio: τέλος τοῦ ᾱ τόμου.

II. Ex Iosephi Archaeologia, praevio indice, f. 163.

III. Ex historia Theophylacti (Simocattae), praefecti et tabularii (cod. ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέων) f. 186. Deest index.

IV. Ex historia Procopii Caesariensis, sine indice, f. 206.

411. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 256. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404). Ab Andrea Darmario, omissa subscriptione, partim exaratus, partim ab eiusdem opificibus.

De legatis gentium ad Romanos, praevio indice generali, quem sequuntur folia 2–4 vacua. Tomus II:

I. Ex Arriani Anabasi Alexandri f. 5.

II. Ex Appiani historia quae inscribitur: Βασιλική, f. 10 v. Adnotavit A. Maius in margine: « *ed. Ursin. p. 334* ».

III. Ex historia Malchi, rhetoris Philadelphiensis, f. 113. A. Maius in margine adnotavit: « *ed. Hoesch(elii) p. 73* »; iterum in fine.

IV. Ex historia Prisci rhetoris f. 126 v. Adnotavit A. Maius in margine et in fine: « *ed. Hoesch. p. 21* ».

V. Ex historia Eunapii Sardiani f. 158. Excerpta, fine mutila, des. καὶ ὁ μὲν ἔκειτο πεσών, ὀνειροπολήσας τὴν ἄδικον ἐπιβουλήν· οἱ δ'... (f. 173 v.).

VI. (Ex Polybio) f. 174. Excerpta initio mutila. Inc.... θόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξίᾳ (ex libro XVIII, 17, monente A. Maio in margine, ubi et Sylburgii adnotatiuncula).

412. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 213, quorum duo priora exarasse videtur Andreas Darmarius; cetera socii eius. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

De Legatis gentium et exterorum (cod. ἐθνῶν καὶ ἐθνικῶν) ad Romanos, et qua forma eos exceperint; praevio indice generali. Tomus III:

I. Ex historia Zosimi Ascalonitae f. 2. Addidit in margine A. Maius: « *Lib. III, 31* ».

II. Ex historia Dexippi Atheniensis f. 12 v.

III. Ex historia ecclesiastica Socratis f. 25.

IV. Ex historia Petri Patricii et Magistri f. 32.

V. Ex historia Diodori Siculi f. 46.

VI. Ex historia Dionis Cocceiani f. 74.

VII. Ex historia Herodoti Halicarnassei f. 126.

VIII. Ex historia Thucydidis f. 128.

IX. Ex historia Agathiae Scholastici f. 131 v.

X. Ex historia Menandri (Protectoris) f. 139.

413. Chart. in f. saec. XVI, fol. 261. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404). Agnoscitur manus Andreae Darmarii in foliis 95 ad finem usque; priora exaravit alius, ex eiusdem officina.

De Legatis Romanorum ad exteras gentes, seu quos legatos impp. Romanorum gentes exterae admiserint, qua forma eos exceperint, et quae in illis admittendis observarint, praevio prooemio quod incipit: Ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων f. 1. Prooemium excipit index generalis, in quo nonnulla a librario omissa supplevit manus recentissima. Tomus IV:

I. Ex historia Petri Patricii et Magistri f. 3 v.

II. Ex historia Georgii monachi f. 5.

III. Ex historia chronica Ioannis (Antiocheni) f. 7 v.

IV. Ex libro I historiae Polybii f. 22.

V. Ex historia Appiani, quae Ἰταλική inscribitur f. 81.

VI. Ex libro V historiae Zosimi Ascalonitae f. 90.

VII. Ex Iosephi Archeologia Iudaica f. 96 v.

VIII. Ex historia Diodori Siculi f. 98 v.

IX. Ex historia Dionis Cocceiani f. 99 v.

X. Ex Arriani Anabasi Alexandri f. 108.

XI. Ex historia Procopii Caesariensis f. 109.

XII. Ex historia Prisci Rhetoris et Sophistae τῆς Γοτθικῆς f. 145. (Cod. bis habet Γοτοικῆς, in principio et in fine).

XIII. Ex historia Malchi ex Byzantinis f. 183.

XIV. Ex historia Menandri f. 199.

XV. Ex historia Theophylacti (Simocattae), eparchi et tabularii f. 254 v. — Folia 261 v. et alia duo, nullo signata numero, sine scriptura.

414. Chart. in 8, fol. 218. Exaravit Andreas Darmarius a. C. 1582 (v. f. 133). Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

(Georgii Codini) Curopalatae scriptum de Officialibus et officiis aulae CPolitanae, et magnae ecclesiae:

I. De officiis magnae ecclesiae f. 1.

II. Nomenclatura officialium aulae CPolitanae f. 6 v.

III. De tegumentis capitis et indumentis officialium f. 10.

IV. De officialium singulorum ministeriis f. 26 v.

V. De festis diebus, qui in aula celebrari solent, f. 45 v.

VI. De aliis festis, quibus adest imperator, quum CPoli manet f. 89 v.

VII. De magni Domestici in castris ministerio f. 93 v.

VIII. De creatione Sebastocratoris f. 116.

IX. De creatione Patriarchae f. 117 v.

X. Περὶ τῆς μελλονύμφης δεσποίνης f. 120 v.

XI. Andronici Palaeologi Senioris expositio, quo nunc ordine sese excipiant metropolitanae sedes, sedi patriarchali CPolis subiectae, f. 122 v.

XII. De ordine sedium Metropolitarum, quinam ex eis dicantur exarchi et ὑπέρτιμοι, quinam tantum ὑπέρτιμοι, f. 129.

Onosandri Strategica, in capita XXXIX distincta, praevio indice. Prooemium inc. Ἱππικῶν μὲν λόγων, ἢ κυνηγετικῶν, ἢ ἁλιευτικῶν f. 140. Cap. I inscribitur: De electione militiae Magistri f. 194.

Subscriptio librarii f. 133: ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου τοῦ ἐπιδαυρίου ἐν τῷ ἔτει ,αφπβ'· ἀπριλλίῳ δη'. Sequentia folia idem exaravit, ut ex scriptura apparet.

*415. Chart. in 8, saec. XV exeuntis, parum emendatus, fol. 68, sequentibus aliis pluribus sine scriptura. Ex codd. Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404). Descripserunt Ianus Gruterus et Leo Allatius in appendice catalogi ms. Sylburgiani, catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 373),

paucisque Wilkenius (p. 291). — Folio 51, initio Naumachicorum Basilii Patricii, manu Iani Gruteri adnotantur haec: « *Ab hac eadem manu habui exemplar aliud a Pistorio nulla littera auctius, nisi quod plura essent in Naumachicis Leonis* ». Pistorius ille videtur Ioannes Pistorius, filius, anno 1546 natus, qui rerum Polonicarum et Germanicarum scriptores edidit.

GAUDENTII philosophi Introductio harmonica. Inc. Ἀείδω (cod. Φείδω) ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε (cod. ἐπιθέσθαι) βέβηλοι f. 3.

MICHAËLIS PSELLI (iunioris, Tractatus) Περὶ χρυσοποιΐας, seu de auri conficiendi ratione, ad Michaëlem (Cerularium), Patriarcham (CPolitanum). Inc. Ὁρᾷς, ὁ ἐμὸς δυνάστης, ὅ με ποιεῖς f. 35.

BASILII, patricii et cubiculi (apud Constantinum Porphyrogenitum) Praefecti, Naumachica; fine mutila, ut apud Fabr. *B. G.* T. VIII, p. 136-143 ed. vet. Inscribuntur litteris rubris: Ναυμαχικὰ συνταχθέντα παρὰ Βασιλείου πατρικίου καὶ παρὰ κοιμωμένων. Prooemium metricum inc. Αὐσονίων σοφίης δεδιδαγμένοι ἔξοχα ἔργα f. 51. Liber inc. Εἴπερ καὶ ἄλλο τι τῷ βίῳ λυσιτελεῖν οἶδε f. 52. Des. μετιτέον δὲ ἤδη ἐπὶ τὰ εἴδη τῶν παρατάξεων ... f. 66.

LEONIS SAPIENTIS Imp. Naumachicorum fragmentum. Inc. Ἱστορήσω σοι ἔτι καὶ ἕτερον f. 66 v. Des. ἢ ὅταν ὑπὸ χειμῶνος ταλαιπωρηθῶσιν. Eadem omnia ut apud Fabric. *B. Gr.* T. VII, p. 711-713 ed. Harl.

416. Chart. in 8, fol. 171. Exaravit Toleti in Hispania Andreas Darmarius Epidaurius a. 1578, ex exemplari bibliothecae Alvari Gomez. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404).

S. ATHANASII (Sermones sive opuscula varia XXI contra diversas haereses), praevio indice, f. 1. Eodem prorsus ordine quo in editione Maurina, addito insuper sermone seu dialogo XXI, qui ibi desideratur. Primus inscribitur: Athanasii liber, sive disputatio cum Macedoniano, vel Pneumatomacho, f. 5. Ultimus (XXI): Contra Anomium, dialogus Orthodoxi; incipit vero ab epistola Aëtii (cod. Αἰτίου), hoc modo: Ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ.

Subscriptio librarii in fine codicis: ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου ἐν τῷ ἔτει ,αφοη νοεμβρίῳ δεκάτῃ: ἐν τολέτῳ τῆς ἱσπανίας. In ima pagina legitur, manu eiusdem: φύλλ. $\frac{170}{167}$ † Ἀλβαρογόμου βιβλιοθήκης.

417. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 448. Ex officina Andreae Darmarii, qui nihil ipse scripsit, praeter numerum foliorum in ima codicis pagina, et pretium pro perscriptione solvendum. Olim Iulii Pacii (v. cod. 404). Foliis praeviis leguntur, inter alia, ipsa Sylburgii manu scripta, verba haec: « *Hic est codex quem Fr. Sylburgius in editione sua nominavit Palatinum recentio-*

rem », et alia manu: « *Sylburgius emit hunc librum a* (Iulio) *Pacio coronatis decem gallicis* » (de quo vide chirographum eiusdem Sylburgii in fine catalogi ms. Pal. Lat. 429 *bis*).

THEODORETI Graecarum affectionum curatio, (seu Evangelicae veritatis ex Graeca philosophia agnitio). Constat libris XII, quorum ultimus fine mutilus. Praeit Προθεωρία, seu praefatio, quae inc. Πολλάκις μοι τῶν τῆς ἑλληνικῆς μυθολογίας f. 1. In codice nostro libri dicuntur λόγοι, in pleniore 214 κεφάλαια. Monet Sylburgius deesse in fine folia circiter 16.

418. Chart. in 8 maiore, saec. XVI, fol. 205; diligenter et nitide scriptus.

ACHILLIS TATII Alexandrini, de Leucippes et Clitophontis amoribus libri VIII, f. 1. — Integrum opus sequuntur folia 116-120 vacua.

EUSTATHII philosophi de Hysmines et Hysminiae (vulgo Ismenes et Ismeniae) amoribus libri XI. Inscribitur: Τὸ καθ' Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν δρᾶμα f. 121. Excepto libro primo, reliqui titulum ferunt: Ἔρωτος Ὑσμινίου βιβλίον δεύτερον etc.

419. Chart. in f. fol. 208, partim fortasse manu Eilhardi Lubini ante a. 1601 nitide descriptus, sordidis vero typographorum manibus inquinatus. Veterum Graecorum epistolas cum versione latina complectitur, in duo volumina distinctas. — Foliis prioribus 1-13 insunt: I. Monita ad typographum, latine ac germanice, de ordine in epistolis et in prefationibus typis excudendis servando. — II. Ipsae praefationes a Lubino subscriptae, quarum prima principi Bugislao, Stetinensium duci etc. nuncupatur, altera principi Udalrico, Megapolitano duci etc., tertia Christiano IV, Danorum regi etc. — III. Titulus editioni praefigendus: « *Epistolae graecae Phalaridis, M. Bruti, Democriti etc. Eilhardo Lubino interprete, sic ut latina graecis respondeant. Opus pulcherrimum, et quod sapientiae graecanicae thesaurum merito dixeris, nunquam ante in Germaniâ editum* ».

Vol. I: — PHALARIDIS, Tyranni Agrigentinorum, epistolae (CXLIV). Prima: Alciboo (Λυκίνῳ apud Hercherum, *Epistologr. Graeci*). Inc. Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος f. 14. Ultima: Ennensibus. Inc. Ἐγὼ οἶμαι μὲν τῆς ἐλευθερίας f. 74. — Sequuntur: I. Monitum ad typographum, germanice. II. Epistolae duae, videl. Pythagorae ad Heronem, et Amasis, regis Aegypti, ad Polycratem, Samiorum regem. — Folia 75 v.-76 vacua.

Vol. II: — DEMOCRITI (rectius: HIPPOCRATIS) epistolae (XIV). Prima inscribitur: Rex regum magnus Artaxerxes Paeto salutem. Inc. Νοῦσος προσεπέλασεν f. 78 v. Ultima: Hippocrates Democrito. Inc. Ἰητρικῆς τέχνης.

Heracleti (Heracliti Ephesii) epistolae (VIII). Prima: Darii ad Heraclitum. Inc. Καταβέβλησαι λόγον f. 98 v. Ultima: Heracliti ad Hermodorum, f. 105 v.

Bruti epistolarum collectio Mithridatis (LXIX). Prima: Pergamenis. Inc. Ἀκούω ὑμᾶς Δολοβέλλᾳ f. 107 v. Ultima: Bithyni ad haec (rectius: Samii Bruto). Inc. Βουλεύεσθαι μὲν ὀκνηρῶς.

Apollonii Tyanei epistolae (LXXXVII). Prima: Euphratae. Inc. Ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους f. 120 v. Ultima: Vespasiani Imp. Apollonio philosopho. Inc. Εἰ πάντες, Ἀπολλώνιε. In fine Lubini admonitio: « *NB. Epistolae Apollonii Tyanei debent praecedere reliquas omnes* ».

Anacharsidis epistolae (IX). Prima: Atheniensibus. Inc. Γελᾶτε ἐμὴν φωνήν f. 138 v. Ultima: Croeso. Inc. Οἱ ἐν Ἕλλησι ποιηταί.

Euripidis epistolae (V). Prima: Archelao (regi). Inc. Τὸ μὲν ἀργύριον f. 142 v. Ultima: Ctesiphonti (l. Cephisophonti). Inc. Καὶ ἀφικόμεθα ἐς Μακεδονίαν.

Theanus epistolae (V). Prima: Eubulae, de liberorum educatione. Inc. Ἀκούω σε τὰ παιδία f. 148 v. Ultima: Myiae Phyllidi. Inc. Γενομένᾳ τοι ματρί. — Fol. 156 sine scriptura.

Diogenis Cynici epistolae (XXXIII). Prima: Sinopensibus. Inc. Ὑμεῖς μὲν ἐμοῦ φωγήν (l. φυγήν) f. 156 v. Ultima: Illis qui vocantur Graeci poenas (exoptat Diogenes). Inc. Ὑπάρχει δὲ τοῦτο ἡμῖν. Epistolas Diogenis ad Chrysam, Demonicum, Aristarchum et Sotionem calamo delevit sive Lubinus sive ipse typographus, addita nota germanice scripta: « *diese vier nachfolgende Epistolen* (sic) *sollen ausgelassen werden* » etc.

Cratetis epistolae (XIV). Prima: Hipparchiae uxori. Inc. Ἐπάνηκε ταχέως f. 175 v. Ultima: Lysidi. Inc. Ἀκήκοά σε, ὦ Λύσι. — Folia 179-180 sine scriptura.

Theophylacti Scholastici Simocati epistolae (LXXXV) ethicae, rusticae, amatoriae. Prima: Critias Plotino. Inc. Ὁ τέττιξ ὁ μουσικός f. 180 v. Ultima: Plato Dionysio. Inc. Εἰ λύπης ἐθέλεις κρατεῖν.

420. Chart. in f. parvo, saec. XVI, fol. 239. Exaravit Andronicus basilicus et sacerdos, sumptibus Iacobi Hieromonachi. Inscriptiones minio depictae fere obliteratae. Folia nonnulla mucore et minio foedata.

Sticherarium totius anni (i. e. troparia varia, seu στιχηρά, in sanctorum honorem in ecclesia Graeca concini solita, a mense Septembri usque ad Augustum, et per integram Quadragesimam et Pentecosten), cum notis musicis, f. 1-217. Ut mos est in huiusmodi libris, desunt prorsus accentus. Cod. habet στιχεράριον pro στιχηράριον, licet inter utrumque verbum magnum sit discrimen. Inc. Ἐπέστη ἡ εἴσοδος τοῦ ἐνιαυτοῦ συγκαλοῦσα γεραίρειν ταύτην τοὺς λαμπρύνοντας f. 1. — Sequuntur: I. Stichera σταυροναστάσιμα

ἤτοι τὰ π', secundum octo tonos, cum Antiphonis Anabathmorum, f. 217, — II. Stichera anastasima f. 229 v. — III. Troparia τῶν ἑωθινῶν, auctore CONSTANTINO PORPHYROGENITO, iuxta octo tonos. Inc. Εἰς τὸ ὄρος τοῖς μαθηταῖς f. 232 v. — Stichera dogmatica (XVI) S. IOANNIS DAMASCENI, ad octo tonos accomodata. Inc. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον, ἀδελφοί f. 235 v.

Subscriptio librarii in extremo codice: † χριστὲ τεὴν προΐαλλε χάριν καμάτοισιν ἐμεῖο: ἀμήν † ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν στιχεράριον (sic) διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἀνδρονίκου τοῦ βασιλικοῦ καὶ τάχα ἱερέως διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ ἐντιμωτ(άτου) ἱερομοναχοῦ κυροῦ ἰακώβου μ(ην)ὶ ἰου(νίῳ) κθ' ἡμέρᾳ, (sic, avulso sine dubio folio sequenti, in quo indictio et aetas significabantur).

421. Chart. in 4, saec. XVI, festinanter scriptus, cum lituris plurimis. Notantur dumtaxat quaterniones (μς' i. e. 46), non folia, (v. cod. 422).

(PHOTII Myriobibli sive Bibliothecae) pars prior. Inscribitur: « Descriptio atque enumeratio lectorum a nobis librorum, quorum per summa saltem capita cognitionem quaesivit dilectus frater noster Tarasius; sunt ii, viginti et uno demptis, trecenti ». Codex noster, omisso prooemio, ob folium forte avulsum, incipit a Photiano cod. α', et clauditur initio codicis σλβ', ubi de Stephani Tritheïtae, cognomine Gobari. Titulos in ipso opere omissos supplet index in utramque Bibliothecae partem, qui in extremo codice 422 legitur. Numerantur codices graece in marginibus, ubi et lemmata alicubi latine, et copiosae variae lectiones, alia manu, ex exemplari quodam vetusto bonae notae desumptae. Per folia plurima (v. cod. ογ', sqq.) leguntur in margine superiore verba: « *ex bibliotheca Sfortiana* », quibus innuitur fortasse codices duos 421, 422 ex libro manuscripto illius bibliothecae descriptos fuisse. Lacunis laborat Photii opus plurimis. In fine, prima manu, verba: « *Explicit prima pars Bibliothecae Photii Patriarchae Constantinopolitani* ».

422. Chart. in 4, saec. XVI, scriptus bina manu, fol. 396, praeter folia sex in fine vacua, nullo signata numero, aliaque novem quae, et ipsa non numerata, *πίνακα* in utrumque tomum complectuntur (v. cod. 421).

(PHOTII Bibliothecae) pars altera. Numerantur folia. Incipit a continuatione codicis Photiani σλβ', et clauditur ultimo cod. σπ', in quo Eulogii, Archiep. Alexandriae, liber contra Novatianos. Inter f. 42 et 43 interposita sunt folia 13 in 8, manu Andreae Darmarii sine dubio scripta, quibus suppletur cod. σλθ', (i. e. Procli Chrestomathia), qui in exemplari, ex quo descriptus est codex noster, desiderabatur; et folia alia duo in 8, eadem manu quae hanc alteram partem exaravit: continent cod. σμ', et ipsum

in eodem exemplari partim omissum, in quo disserit Photius de Philiponi in Hexaëmeron commentario. In imo margine fol. 396 leguntur verba: « ... *aureis in librariorum opera* ». Quae punctis distinximus, evanuere. In fine demum codicis habetur πίναξ de quo supra.

423. Hic codex in f. constans foliis 70 membranaceis et chartaceis, omnigena complectitur fragmenta, quae singula singulis olim (v. catal. Sylb.) signata erant numeris. Antiquos numeros, qui illis catalogi Sylburgiani respondent, uncinis includemus. Bibliopegi incuria num. 413 ante 412 positus est.

(407). Chart. in f. saec. XV, fol. 1-5.

Marci Monachi et Abbatis monasterii S. Sabae, Oratio in S. Gregorii Agrigentini Episcopi vitam et miracula. Inc. Σοφὸν καὶ ἀκατάληπτον χρῆμα f. 1. — Folium 6 vacuum, nisi quod numeros habet scriptos 409, 410, 411, 412, 413.

(409). Membr. in f. saec. X-XI, fol. 7-8.

(In Pauli epistolam ad Coloss. et in I ad Thessal., fragmentum Catenae Patrum). Epist. ad Coloss. incipit a cap. IV, 10: Ὁ συναιχμάλωτός μου. Commentarius inc. πη. καθάπερ γὰρ αἰχμάλωτος. Notantur in fine epistolae στίχοι σῃ f. 7 v. Argumentum ep. I ad Thessal. inc. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ἀθηνῶν f. 8. Comm. inc. α. Διὰ τί οὔτε ἀπόστολον οὔτε δοῦλον f. 8 v. — Marginibus folii 8 inest, manu saec. XVI scriptus, commentarius in Hirmum Odae IX Triodii (Cosmae melodi) in S. Pararasceven. Hirmus inc. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Comm. inc. Ἡμεῖς, φησὶν ὁ θεῖος μελῳδός, οἱ διὰ τὴν παράβασιν. Omittuntur odae inscriptio, nomina Cosmae et interpretis, quem Gregorium Corinthium esse compertum habemus.

(410). Membr. in f. binis columnis, saec. XI, fol. 9-14.

Insunt fragmenta duo Homiliarii: I Finis homiliae cuiusdam. Inc. Ἡμῖν διακονεῖται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. Des. τοῦ θεωρήματος δίκαιον ὠιήθησαν f. 9. — II Initium Staliteutici primi S. Gregorii Nazianzeni adversus Graecos et Iulianum. Ultimum folium lacerum.

(411). Membr. in f. saec. XI, fol. 15-16.

Fragmenta duo Menologii, de martyrio Lucilliani et sociorum eius. Primum, initio mutilum, inc. ... τῶν μειρακίων ὑποδείξας χορός f. 15. — Alterum, fine mutilum, inc. Λουκιλλιανὸς ὁ μέγας ἐν ἀθληταῖς ... f. 16 v. Sunt duae de eodem narrationes diversae.

(413). Membr. in f. binis columnis, litteris uncialibus pronis, saec. IX-X, fol. 17-24.

Insunt ἀναγνώσματα vel ἀναγνώσεις (Lectiones), a mense Martio usque ad sacram Pentecosten; quaternio initio ac fine mutilus. Instruuntur verba signis ad varios vocis inflexus significandos. In marginibus litteris explicantur latinis scripturae compendia, manu saec. XI.

(412). Chart. in f. saec. XV, fol. 25.

Inest fragmentum, initio mutilum et fine carens, Martyrii cuiusdam sancti sub Diocletiano. Inc.... μνος ἀεὶ πρὸς τοὺς βάλλοντας μετάγει τὰς χεῖρας. Des. ἐξεπλάγησαν ἄλλοι εἰ ἐν σώματι ὢν ἄνθρωπος... ceteris a librario ad finem non perductis, relicto spatio.

(414). Chart. in f. saec. XVI, fol. 26-51, ultimo vacuo.

Inest Diodori Siculi liber primus fere integer et quinti initium, cum scholiolis alicubi in margine. Prooemium lib. I inc. Ὁ παρὼν ἱστορικὸς Διόδωρος ὁ Σικερός (sic) f. 27 v. Lib. I inc. Τοῖς τὰς κοινὰς ἱστορίας f. 28. Prooemium lib. V inc. Τῆς πρώτης τῶν Διοδώρου βιβλίων f. 45. Clauditur hic liber verbis: τὰς πλείους αὐτῶν κατῴκησεν (sic) καὶ τοῖς ἄλλοις κατεκληρούχησεν...

(415). Chart. in f. saec. XVI, fol. 53-62, foliis 53-56 bibliopegi incuria inversis.

Inest Athenaei Deipnosophistarum libri XIII fragmentum. Inc.... γραπτέον Ναΐς καὶ οὐ Λαΐς f. 53.

(416). Chart. in f. saec. XVI, fol. 64-70.

Insunt Lexica quaedam, qualia praebent codd. 352 et 358, monente iam Sylburgio, cum grammaticis praeceptis, sive de Orthographia, nullo ordine. Inc. Ἀρεστήρ, εἶδος πλακοῦντος τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένος (sic), ὥσπερ καὶ τὸ πόπανον f. 64. Alicubi latina vox graecae respondens, ut ὕδνα, τὰ λεγόμενα λατινικῶς *tubera*. Des. στερητικὰ μύρια, ε̅. α̅. ἄοικος, ὁ μὴ ἔχων οἶκον.

